




Hippocr aphor ⁊ Prognost
Butini.









HIPPOCRATIS

APHORISMI

ET

PROGNOSTICA,

IOANNE BVTINO INTERprete & commentatore.

Adiectus est nouus INDEX

In quo

APHORISMI PER LOCOS communes dispositi, & in certas classes distributi ex tempore oculis repræsentantur.

Opus, vt discentibus medicinam, atq; docentibus vtile, sic eam facientibus necessarium.



AVRELIOPOLI,

Apud Petrum & Iacobum Chouët.

M. DC. XXV.


WELLCOME
HISTORICAL
MEDICAL
LIBRARY



TYPOGRAPHVS Lectori Philiatro S.



DECREVERAM *hac Aphorismorum Hippocratis compendiosa editione, non quidem inuertere aphorismorum ordinem & receptam ab antiquis Medicinæ proceribus seriem atque collocationem: sed ponere tibi ante oculos (Lector humaniss.) ordinem ac methodum quam ex recentiorib. nonnulli Bustamantus, Fogerolaus, Butinus, Popardus, Fontanus, alij in opere tã diuino excogitare conati sunt. Cum autem meum consilium cum amicis*

communicaſſem tum in re medica verſatiſſimis, tum vtilitatis publicæ amãtiſſimis, ab eo inſtituto cœperunt me dehortari. Nec enim fas & æquum cenſebant, cum Butino & Fontano interturbare eum aphoriſmorum ordinem qui à veteribus receptus, probatus, laudatus, poſteris etiam traductus fuit. Tanti autem non ducebant artificioſam, ſed tenebroſam Buſtamenti & Fogerolæi methodum, vt denuo obtrudi medicinæ ſtudioſis deberet; quod in ea concipienda, intelligenda, addiſcenda, retinenda, plus temporis & moleſtiarum deuorãdum erat, quàm in toto opere Græcè & Latinæ memoriæ mandando. Addebant ſuperioribus annis à celeberrima facultate Pariſienſi, penes quam pura & illibata Hippocratis doctrina remanſit, grauiter animaduerſũ

fuisse in quẽdam Chirurgum; qui eiuscemodi lanienam in Hippoc. aph. exercuisset. Probabant quidem eorum institutum, qui vt memoriam Medicorum subleuarent, ad certas classes aphorismos reuocabant, & ad eam reducebant materiam de qua singuli intelligebantur. Sic laudabili non minus quàm vtili consilio Michael Sauonarola in Pra-ctica maiori *post historiam particularium ægritudinum in calce cuiuslibet capitis, Aphorismos omnes ad singulos morbos pertinentes adscribere solitus fuit, ad memoriæ subsidium & adiumentum eorum qui in consultationibus medicis auctoritate aliqua Hippocratis suam roborare sententiam libenter exoptat. Nec reprehendendi venirent Butinus & Fontanus si duntaxat priscam Aphorismorum seriem non*

immutassent, sed contenti fuissent indicare summa rerum capita ad quæ illi reuocari possunt & debent. In quo vtendum fuit synopsi aut breui tabella; non integra per omnes sectiones, & delineatione & confusione.

His amicorum rationibus velut à profundo somno excitatus Instituti prioris cœpi pœnitere, & nouam inire rationem qua Medicorum studiis prodessem. Relicta itaque omni methodo neglectóque ordine & nexu, quem inter aphorismos plurimi inutiliter excogitauerunt: synopsum seu indicem ex Butino, Popardo, Fontano, Sauonarola, Ioannitio, Rostinio, occlerio collectũ & Amici cuiusdam nostri industria studióque locupletatum huic editioni nostræ adpingendum censuimus: tum vt eorum studio consulatur, qui aliquo

aphorismo in rem præsentem indigent, tum vt ijs quorum memoria fluidior est prouideatur, tum deniq; vt singuli aphorismi in certum ordinem digesti, & ad suos fontes reuocati, dum res exigit, facili negotio in vsum aduocentur.

Ne vero Medicinæ candidatis obscura paulo Hypocratis dictio haberetur: Interpretationem Ioa. Butini tersam & elegantem, eiúsque commentarios breues sed dilucidos adiungendos curauimus: & propter rerum affinitatem eiusdem Hippocratis prognostica Interprete & illustratore eodem Butino: hoc si tibi tam gratum opus quàm vtile fore cognouero; propediem meliora à me expectabis. Vale, datum Aureliopoli die 17. mensis Aug. ann. 1624.



ΙΠΠΟΚΡΑΤΟΥΣ
ΟΡΚΟΣ.



ΜΝΥΜΙ Ἀπόλλωνα ἰητρὸν· καὶ Ἀσκληπιὸν· καὶ Ὑγείαν καὶ Πανάκειαν, καὶ θεοὺς πάντας καὶ πάσας, ἵστορας ποιεύμενος, ἐπιτελέα ποιήσειν κατὰ δύναμιν καὶ κρίσιν ἐμὴν, ὅρκον τόνδε καὶ ξυγγραφὴν τήνδε ἡγήσασθαι μὲν τὸν διδάξαντά με τὴν τέχνην ταύτην, ἴσα γενέτῃσιν ἐμοῖσιν, καὶ βίου κοινώσασθαι· καὶ χρεῶν χρηΐζοντι μετάδοσιν ποιήσασθαι. καὶ γένος τὸ ἐξ ἑωυτέου, ἀδελφοῖς ἴσον ἐπικρινέειν ἄρρεσι. καὶ διδάξειν τὴν τέχνην ταύτην, ἢν χρηΐζωσι μανθάνειν, ἄνευ μισθοῦ καὶ ξυγγραφῆς. παραγγελίης τε καὶ

ἀκροήσιος, καὶ τῆς λοιπῆς ἁπάσης μαθήσιος, μετάδοσιν ποιήσασθαι υἱοῖσί τε ἐμοῖσι, καὶ τοῖσι τοῦ ἐμὲ διδάξαντος. καὶ μαθηταῖσι συγγεγραμμένοις τε, καὶ ὡρκισμένοις νόμῳ ἰητρικῷ. ἄλλο δὲ οὐδενί. διαιτήμασί τε χρήσομαι, ἐπ' ὠφελείῃ καμνόντων κατὰ δύναμιν καὶ κρίσιν ἐμήν. ἐπὶ δηλήσει δὲ καὶ ἀδικίῃ εἴρξειν. οὐ δώσω δὲ οὐδὲ φάρμακον οὐδενὶ αἰτηθεὶς, θανάσιμον. οὐδὲ ὑφηγήσομαι ξυμβουλίην τοιήνδε. ὁμοίως δὲ οὐδὲ γυναικὶ πεσσὸν φθόριον δώσω. ἁγνῶς δὲ καὶ ὁσίως διατηρήσω βίον τὸν ἐμόν· καὶ τέχνην τὴν ἐμήν. οὐ τεμέω δὲ οὐδὲ μὴν λιθιῶντας. ἐκχωρήσω δὲ ἐργάτῃσιν ἀνδράσι πρήξιος τῆσδε. εἰς οἰκίας δὲ ὁκόσας ἂν ἐσίω, ἐσελεύσομαι ἐπ' ὠφελείῃ καμνόντων, ἐκτὸς ἐὼν πάσης ἀδικίης ἑκουσίης καὶ φθορίης τῆς τε ἄλλης καὶ ἀφροδισίων ἔργων, ἐπί τε γυναικείων σωμάτων καὶ

ἀνδρώων, ἐλευθέρων τε καὶ δούλων. ἃ δ' ἂν ἐν θεραπείῃ ἢ ἴδω, ἢ ἀκούσω, ἢ καὶ ἄνευ θεραπείης κατὰ βίον ἀνθρώπων, ἃ μὴ χρή ποτε ἐκλαλέεσθαι ἔξω, σιγήσομαι, ἄρρητα ἡγεύμενος εἶναι τὰ τοιαῦτα. Ορκον μὲν οὖν μοι τόνδε ἐπιτελέα ποιέοντι, καὶ μὴ ξυγχέοντι, εἴη ἐπαύρασθαι, καὶ βίου καὶ τέχνης, δοξαζομένῳ παρὰ πᾶσιν ἀνθρώποις, εἰς τὸν ἀεὶ χρόνον· παραβαίνοντι δὲ καὶ ἐπιορκοῦντι, τἀναντία τουτέων.



HIPPOCRATIS
Coï Iusiurandum.

APOLLINEM medicum, & Æsculapium, Hygeámque ac Panaceam iuro, deósque omnes, itémque deas testes facio, me hoc iusiurandum, & hanc contestationem conscriptam, pro viribus & iudicio meo integrè seruaturum esse. Pręceptorem sanè, qui me hanc edocuit artem, loco parentum habiturum, vitam communicaturum, eáque quibus opus habuerit impertiturum: Eos item, qui ex eo nati sunt, pro fratribus masculis iudicaturum, artémq; hanc si discere voluerint, absque mercede & pacto edocturum: Præceptionum ac auditionum, reliquæque totius disciplinæ participes facturum tum meos, tum præceptoris mei filios, imo & discipulos qui



ΙΠΠΟΚΡΑΤΟΥΣ
ΝΟΜΟΣ.



ΗΤΡΙΚῊ, τεχνέων μὲν πασέων ἐστὶν ἐπιφανεστάτη. διὰ δὲ ἀμαθίην τῶν τε χρεωμένων αὐτῇ, καὶ τῶν εἰκῇ τοὺς τοιούσδε κρινόντων, πολύ τι πασέων ἤδη τῶν τεχνέων ἀπολείπεται. ἡ δὲ τῶνδε ἁμαρτὰς, τὰ μάλιστά μοι δοκέει ἔχειν αἰτίην τοιήνδε. πρόσιμον γὰρ ἰητρικῆς μούνης ἐν τῇσι πόλεσιν οὐδὲν ὥρισται, πλὴν ἀδοξίης. αὕτη δὲ οὐ τιτρώσκει τοὺς ἐξ αὐτέης συγκειμένους. ὁμοιότατοι γάρ εἰσιν οἱ τοιοίδε, τοῖσι παρεισαγομένοισι προσώποισιν ἐν τῇσι τραγῳδίῃσιν. ὡς γὰρ ἐκεῖνοι σχῆμα μὲν καὶ στολὴν, καὶ πρόσωπον ὑποκριτοῦ ἔχουσιν, οὐκ εἰσὶ δὲ ὑποκριταὶ, οὕτω καὶ οἱ ἰητροὶ φήμῃ μὲν, πολλοί. ἔργῳ

ἐστὶ, πάγχυ βαιοί. χρὴ ὅστις μέλλει ἰητρικῆς
ξύνεσιν ἀτρεκέως ἁρμόζεσθαι, τῶνδέ μιν
ἐπίβολον γενέσθαι· φύσιος διδασκαλίης.
τρόπου εὐφυέος παιδομαθίης· φιλοπο-
νίης· χρόνου. πρῶτον μὲν οὖν πάντων δεῖ
φύσιος· φύσιος γὰρ ἀντιπρησσούσης, κε-
νεὰ πάντα. φύσιος δὲ εἰς τὸ ἄριστον ὁδη-
γεούσης, διδασκαλίη τέχνης γίνεται. ἣν μετὰ
φρονήσιος δεῖ περιποιήσασθαι, παιδομα-
θέα γενόμενον ἐν τρόπῳ, ὁκοῖος εὐφυὴς
πρὸς μάθησιν ἔσται. ἔτι δὲ φιλοπονίην
προσενέγκασθαι ἐς χρόνον πουλὺν, ὅκως
ἡ μάθησις ἐμφυσιωθεῖσα, δεξιῶς τε καὶ
εὐαλδέως τοὺς καρποὺς ἐξενέγκηται. ὁκοίη
γὰρ τῶν ἐν τῇ γῇ φυομένων θεωρίη, τοιήδε
καὶ τῆς ἰατρικῆς ἡ μάθησις. ἡ μὲν γὰρ φύσις
ἡμέων, ὁκοῖον ἡ χώρη· τὰ δὲ δόγματα τῶν
διδασκόντων, ὁκοῖον τὰ σπέρματα. ἡ δὲ
παιδομαθίη, τὸ καθ' ὥρην αὐτὰ πεσεῖν
εἰς τὴν ἄρουραν. ὁ δὲ τόπος ἐν ᾧ ἡ μάθησις,

ὁκοῖον ἐκ τοῦ περιέχοντος ἠέρος τροφὴ γινομένη τοῖσι φυομένοισιν. ἡ δὲ φιλοπονίη, ἐργασίη. ὁ δὲ χρόνος, ταῦτα ἐνισχύσει πάντα, ὡς τραφῆναι τελέως. ταῦτα οὖν χρὴ ἐς τὴν ἰητρικὴν τέχνην ἐνεγκαμένους, καὶ ἀτρεκέως αὐτέης γνῶσιν λαβόντας, οὕτως ἀνὰ τὰς πόλιας φοιτεῦντας μὴ λόγῳ μοῦνον, ἀλλὰ καὶ ἔργῳ ἰητροὺς νομίζεσθαι. ἡ δὲ ἀπειρίη, κακὸς θησαυρὸς, καὶ κακὸν κειμήλιον τοῖσιν ἔχουσιν αὐτέην, καὶ ὄναρ καὶ ὕπαρ. εὐθυμίης τε καὶ εὐφροσύνης ἄμοιρος, δειλίης τε καὶ θρασύτητος τιθήνη. δειλίη μὲν γὰρ ἀδυναμίην σημαίνει· θρασύτης δὲ, ἀτεχνίην. δύο γὰρ ἐπιστήμη τε, καὶ δόξα. ὧν τὸ μὲν, ἐπίστασθαι ποιέει· τὸ δὲ, ἀγνοεῖν. ἡ μὲν οὖν ἐπιστήμη ποιέει τὸ ἐπίστασθαι, ἡ δὲ δόξα τὸ ἀγνοεῖν. τὰ δὲ ἱερὰ ἐόντα πρήγματα, ἱεροῖσιν ἀνθρώποισι δείκνυται. βεβήλοισι δὲ, οὐ θέμις, πρὶν ἢ τελεσθῶσιν ὀργίοισιν ἐπιστήμης.



HIPPOCRATIS
LEX.

MEDICINA omnium artium clariſſima eſt: verùm propter ignorātiam eorū, qui eam exercent, & ob eos, qui de medicis iudicant, omnibus iam artibus longè poſtponitur. At verò eius erroris cauſſa hæc videtur: Soli medicinæ nulla pœna in ciuitatibus ſtatuta eſt, præter quàm ignominiæ. Verùm hæc nihil mouet eos, qui ex illa veluti ſunt compoſiti ac facti. Simillimi enim huiuſmodi medici ſunt perſonis, quæ in Tragœdiis inducuntur. Quemadmodum enim illi figuram quidem, habitum, ac perſonam eorum, quos referunt, ha-

bent, illi ipſi autem verè non ſunt: ſic & medici, fama quidem multi, opere autem valde pauci. Quiſquis enim medicinæ ſcientiam ſibi verè comparare volet, iis præditum & adiutum eniti oportet, Natura, Doctrina, Loco ſtudiis apto, Inſtitutione à puero, Induſtria, & Tempore. Primùm quidem igitur omnium Natura opus eſt. Natura enim repugnante, irrita omnia fiunt. Si verò Natura ad optima tanquam viæ dux ſit, artis doctrina obtinetur: quam ſanè cum prudentia adquirere oportet: ita vt à puero Inſtitutio accedat. Atque id in loco à Natura ad diſciplinam apto. Amplius autem & Induſtriam adhibere oportet: eámque ad multum omnino tempus, quo diſciplina ipſa, veluti inſita & ingenerata, proſperè & copiosè fructus ſuos producat. Qualis enim eorum, quæ terra gignuntur, conſideratio eſt: eiuſ-

eiuſmodi etiam diſciplinæ medicinæ cognitio eſt. Natura enim noſtra velut æger eſt: dogmata præceptorum, velut ſemina ſunt. Inſtitutioni à puero cum eo conuenit, quòd oportuno tempore ſemina in terram cadunt. Locus autem, in quo ars docetur, eſt velùt circunfuſus aër, qui nutrimentum præbet ſatis ipſis. Induſtria autem cultura eſt. Tempus poſtremùm hæc omnia corroborat, vt omnia perfectè enutriantur. His igitur ad artem medicam allatis, & vera ipſius cognitione comparata, tandem in varias vrbes commeandum, & non ſermone tantùm, verùm etiam opere, medicos haberi conuenit. Imperitia ſanè malus Theſaurus eſt, maláque ſupellex. Et ſomnianti, & ei, qui rem apertè citra ſomnium diſpicit. Alacritatis, fiduciæ, ac lætæ ſecuritatis expers: timiditatíſque & audaciæ nutrix. Timidi-

tas equidem in exercendis operibus inſcitiam: Audacia verò ignorantiam artis declarat. Duo enim ſunt, ſcientia, & opinio, quarum altera quidem ſcientes efficit, altera ignaros. Cæterùm res ſacræ ſacris hominibus explicantur: profanis id fas non eſt, priuſquàm ſcientiæ myſteriis initientur.





HIPPOCRATIS GENVS ET VITA, EX SORANO.

HIPPOCRATES genere quidem Cous fuit, Heraclidę & Phænaretes filius, ab Hercule & Æſculapio ortum ducens, ab vno quidem vigeſimus, ab altero vero decimus nonus. Eius autem generis ſeriem commemorant Eratoſthenes & Pherecydes, & Apollodorus, & Arius Tarſenſis. Heraclidæ vero parentis ſui diſcipulus extitit, deinde Herodici, & ex quorundam opinione etiam Gorgiæ Leontini oratoris, & Democriti philoſophi Abderitani. Peloponneſiacis

temporibus viguit, natus vt tradit Istomachus in primo de Hippocratis secta, primo octogesimæ Olympiadis anno, vt vero Soranus Cous literarum monimenta in Co perscrutatus addit, regnante Abriada, mensis Agriani sexto & vigesimo die, quo etiam in hunc vsque diem Coos Hippocrati parentare ait. Arte autem Medica & vulgaribus disciplinis excultus, vita functis parentibus patria excessit, quod tabularium in Cnido incendisset, vt eum quidem contumeliose criminatur Andreas, in suo de Artis Medicæ origine lib. o. Alij verò ideo proposito fecisse dicunt, vt quæ in pluribus locis conficiebantur spectaret, & in ea varietate se magis exerceret. Vt vero Soranus Cous narrat, per somnum admonitus vt Thessaliam incoleret. Per totam autem Greciam Medicinam faciens admirationi fuit,

ni fuit, adeo vt ad Perdicam Macedonum Regem, qui tabe laborare existimabatur, publice vocatus cum Euryphonte, qui eum ætate excedebat peruenerit, & animi morbum esse indicarit. Cum enim post Alexandri patris mortem, Philam eius pellicem amore deperiret, ad eamque re delata, postquam ex eius conspectu illum prorsus immutari animaduertit, propulsato quidem morbo, Regem sanitati restituit. Ab Abderitanis etiam vocatus est, vt eo se conferret, & Democritum quidem insania laborantem curaret, totam vero vrbem peste liberaret. Quinetiam cum in Illyrios, Pæonas & Barbarorum regionem pestis ingrueret, earum gentium regibus rogantibus vti sese ad illos conferret, à legatis edoctus quinam illic venti vt plurimum perflarent, illos re infecta dimisit. Cum vero recta coniectu-

ra indicasset morbum in Atticam peruenturum, id quod futurum erat preuidens, tum vrbium, tum discipulorum curam suscepit, in tantumq; Grecos dilexit, vt cum eius nominis gloria ad Persas fama peruenisset, eaque de causa Artaxerxes per Histanidem Hellesponti præfectum cum magnis muneribus ab eo peteret, vti ad sese veniret, id ob grauitatem, pecuniæ cõtemptum, & propinquorum amorem recusarit, velut per epistolam ad eum scriptam ostenditur. Patriam etiam à bello quod ei inferre parabant Athenienses liberauit, Thessalis in auxilium vocatis, ideóque splendidos honores apud Coos consecutus est. Quinetiam à Thessalis, Argiuis & Atheniensibus honorifice acceptus est, qui eum ab Hercule secundum publice sacris Eleusinijs initiarunt, ciuitate donarunt, victúmq; ei publicum in Pry-

in Prytaneo eiusque posteris dederunt. Candide & liberaliter studiosos artem docuit, debito addito iureiurando. Obiit apud Larissęos, quo tempore Democritus mortuus esse fertur, vt quidam tradunt, ætatis anno nonagesimo, vt alij vero, octuagesimo quinto, alij centesimo quarto, quidam etiam centesimo nono. Inter Gyrtonem & Larissam sepultus est. Et in huncvsque diem monumentum ostenditur, in quo multo tempore examen fuit quod mel conficiebat, quo nutrices infantes superficiariis oris vlceribus (aphtas dicunt) laborantes apud tumulum illinebant & facile liberabant. In multis autem eius imaginibus capite velato pingitur, cum pileo vt quidam dicunt, velut Vlysses, quod est nobilitatis insigne, alij vero, cum pallio, & ex his alij quidem id fieri propter decorum volunt,

quod caluus esset, alij vero propter capitis imbecillitatem, alij autem expressa sane significatione, quod principis animæ sedem probe munitã esse oporteat, alij peregrinationis amorem indicare istud dicunt, alij scriptorum obscuritatem, alij vero, vt demonstretur etiam sanitatis tempore quæ nocent vitari oportere. Quidam vero, quod ne manuum administratio impediretur, comprehensam circumfluentem vestimenti laciniam in caput reiiciebat. De ipsius autem scriptis magna est dissensio; cum alij alia sentiant. Vnde cum variæ causæ iudicio tenebras offundant, de his non est facile, certum quid statuere. Primum quidem agnominatio. Secundum dicendi stilum seruare posse. Tertium quod vnus & idem quandoque robustius, alias remissius per ætatem scribat, aliásque præter hæc causas recen-

ſere liceat. Pecunias neglexit, morum grauitate excelluit, Græcos maxime dilexit, quare etiam gentiles ſuos omni ſtudio coluit, adeo vt totas ciuitates (quemadmodum dictum eſt) peſtilentia liberauerit. Ex quo & præclaros honores, non apud Coos tantum, ſed & Argiuos & Athenienſes adeptus eſt. Mortuos duos reliquit filios, Theſſalum & Draconem, at diſcipulorum magnum numerum. Cariſſimos autem ſuos filios reliquiſſe dicitur.

ERRATA.

Restitutus hac editione, Aphoriſmorum Hippocratis ordo, prius à Butino turbatus, anſam præbuit infraſcriptis mendis & omiſſionibus, in hunc modum à benigno lectore corrigendis:

Pag. 59. lin. 20. *præcedentis aphoriſmi*: lege, *Aphoriſmi 34 huius ſect.*

Pag. 67. *prætermiſſi ſunt quatuor vltimi aphoriſmi ſecundæ ſectionis, ſcil.* 51. 52. 53 54.

LI.

Τὸ κατὰ πολὺ καὶ ἐξαπίνης κενοῦν, ἢ πληροῦν, ἢ θερμαίνειν, ἢ ψύχειν, ἢ ἄλλως ὁκωσοῦν τὸ σῶμα κινεῖν, σφαλερόν. καὶ γὰρ πᾶν τὸ πολὺ τῇ φύσει πολέμιον, τὸ δὲ κατ' ὀλίγον, ἀσφαλές, καὶ ἄλλως ἢν καί τις ἐξ ἑτέρου ἐφ' ἕτερον μεταβαίνῃ.

Plurimum atque repentè euacuare vel replere, vel calfacere, vel refrigerare, ſiue quouis alio modo corpus mouere periculo-

ſum : Quoniam omne nimium eſt naturæ inimicum: Sed quod paulatim fit, tutum eſt, cùm aliàs, tum cùm ab altero ad alterum fit tranſitus.

Meminit horum quatuor, euacuare, replere, calfacere & refrigerare: quia ſanitas conſiſtit in iuſta quantitate & qualitate triplicis ſubſtantiæ, ſolidæ, humidæ, ſpirituoſæ. Vacuatio quidem & repletio ſunt quantitatis, calfactio verò & refrigeratio qualitatis. In horum ergo mediocritate quia conſiſtunt facultates corpus noſtrum diſpenſantes, fit vt omne nimium tam in exceſſu quàm in defectu quod commoderationem illam deſtruit, non ſecus auerſetur natura quàm ſubitas omnes ad inſueta mutationes.

LII.

Πάντα κατὰ λόγον ποιέοντι, καὶ μὴ γινομένων τῶν κατὰ λόγον, μὴ μεταβαίνειν ἐφ' ἕτερον, μένοντος τοῦ δόξαντος ἐξ ἀρχῆς.

Omnia ſecundùm rationem facienti ſi non ſuccedat ſecundùm rationem, non eſt ad aliud tranſeundum, dum manet quod à principio viſum eſt.

Non eſt mediocris prudentiæ, non diſcedere ab ijs quæ recta viſa ſunt, & ſi nondum manifeſta

appareat vtilitas ex ijs ita factis conſequi. Quemadmodum enim gutta ſubiectam petram percutiente, vix longo tempore ſenſibilis paſſio deprehenditur in lapide, ſic accidit etiam in crudis, & quæ difficulter concoqui poſſunt diſpoſitionibus: in quibus cùm recta ratio id quod conducit ſecundùm omnes indicationes, prout earum vnaquæque ſuadet, inuenerit, non diſcedit ab illo quod primum faciendum eſſe putauit, etiam ſi nihil ex illius vſu ſit effectum: modò non aliud interueniat ſymptoma, quod à priore inſtituto recedere nos cogat. Rationabiliter enim his vtimur remedijs, quæ ipſa ſuggerunt indicationes.

LIII.

Ὁκόσοι τὰς κοιλίας ὑγρὰς ἔχουσι νέοι μὲν ὄντες, βέλτιον ἀπαλλάσσουσι τῶν τὰς ξηρὰς ἐχόντων. ἐς δὲ τὸ γῆρας, χεῖρον ἀπαλλάσσουσι. ξηραίνονται γὰρ ὡς ἐπὶ τὸ πολὺ τοῖσιν ἀπογηράσκουσι.

Quicunque aluos humidas obtinent, hi quandiu iuuenes ſunt melius degunt quàm quibus ſicca eſt. In ſenectute verò deterius degunt, ſiccantur enim alui magna ex parte iis qui ſeneſcunt.

Hic Aphoriſmus conuenit cum viceſimo huius ſectionis, vbi etiam innuit aluum humidam, quæ facilè excernit, meliorem eſſe: ſicut eam quæ non niſi ægrè, deteriorem.

Μεγέθει ἢ σώματος ἐννεάσαι μὲν, ἐλευθέριον, καὶ οὐκ ἀειδές. ἐγγηρᾶσαι δὲ δύσχρηστον καὶ χεῖρον τῶν ἐλασσόνων.

Magnitudo corporis iuuentæ quidem neque indecens, neque illiberalis, senectæ verò inutilis & deterior paruitate.

Proceritas corporis vt sit in iuuentute pulchra, tamen in senectute est inutilis, vt quæ gibbositatis occasionem præbeat: nam isto velut onere pressi senes, incuruantur ac gibbi fiunt.

Pag. 177. & 178. *duo aphorismi* 30 *&* 31. *inuerso ordine positi.*

Pag. 226. lin. 13. 49. lege 50.

Pag. 234. lin. 16. *superiore aphorismo* : lege, *Aphorismo* 43. *huius sectionis.*

Pag. 266. lin. 4. *cum præcedente* : lege, *cum* 37. *sectionis* 6.

Pag. 275. lin. 11. *vndecimo aphorismo huius materiæ* : lege, *nono aphorismo primæ sectionis.*

Pag. 276. *omissus est aphorismus* 71. *septimæ sectionis.*

L X X I.

Καὶ οἷσι τὰ ὑποχωρήματα, ἢν ἐάσῃς στῆναι καὶ μὴ κινήσῃς οἱονεὶ ὑφίσταται ξύσματα καὶ ἢν ὀλίγα ᾖ, ὀλίγη ἡ νοῦσος γίνεται. ἢν δὲ πολλά, πολλὴ

τουτέοισι ξυμφέρει ὑποκαθῆραι τὴν κοιλίην. ἢν δὲ μὴ καθαρὴν ποιήσας διδῷς τὰ ῥοφήματα, ὁκόσα ἂν πλείω διδῷς, μᾶλλον βλάψεις.

Et quibus deiectiones si stare permiseris & non moueris, veluti strigmenta subsistunt, & si pauca sint, paucus est morbus: Si multa, multus: iis confert alui purgatio. Quòd si aluo non purgata dederis sorbitiones, quantò plures dederis, tantò magis nocebis.

Hîc tam nominum quàm verborum vsus improprius ostendit fuisse interiectum præsentem Aphorismum, atque in ordinem suppositiorum meritò redigendum esse.

SYNOPSIS



SYNOPSIS APHORISMORVM HIPPOCRATIS per materias digestorum.

Prior numerus est sectionum, alter Aphorismorum.

APHORISMI Ad morbos in vniuersum attinentes.



ORBI *fiunt magis vno, quàm alio tempore* 3.19

Morbi consentanei, naturæ, ætati, habitui, tempori, minus periculosi 2.34

Item 7.85

Morbi

Ad Acutos morbos.

Ad longos.

Ad febres, & primò ad Tertianam.

Item

Ad Longam.

Ad Intermittentem.

Ad su-

Ad sudores febrium.

Ad rigores febrium.

Ad conuulsiones quæ fiunt in febribus.

Ad Symptomata febrium varia.

Hæ-

Ad victum febricitantium.

Apho-

APHORISMI Ad morbos partium internarum pertinentes.

Et primo

Ad Capitis dolorem.

Ad Lethargum.

Ad Apoplexiam.

Ad Melancholiam.

Quid

Ad Phrenitidem & delirium.

Ad Maniam & Amentiam.

Ad

Ad Conuulsionem.

Ad Tetanum.

Ad Spaſmum.

Ad Vertiginem.

Ad affectus oculorum.

Ad Lacrymas.

Ad affectus Aurium.

Ad affectus Narium.

Naſi

Ad hæmorrhagiam è naribus.

Ad Catarrhum.

Lentor

eſt

fit à

Ad affectus Cordis.

Ad affectus Mammarum.

Ad affectus Ventriculi.

Ad

Ad Famem.

Ad Sitim.

Ad Vomitum.

Ad vomitum ſanguinis.

Ad Singultum.

fit ab

Ad Leucophlegmatiam.

Ad Tympanitem.

Ad Aſcitem & omnem hydropem.

Ad Icterum.

Ad Dysenteriam.

Ad Lienteriam.

Ad Tenesmum.

Ad Ileon.

Ad affectus Intestinorum.

Ad Lumbricos.

Ad dolores ventris.

Ad abdominis extenuationem.

Ad affectus Ani.

Ad Hæmorrhoidas.

ſuper-

Ad affectus renum.

Ad affectus Veſicæ.

Ad difficultatem Vrinæ.

fit per

Sedi-

Ad Menstrua.

Ad fœcunditatem & sterilitatem.

Ad Conceptionem.

Ad Abortum.

Abor-

Ad difficilem Partum.

Ad Grauidas mulieres.

Ad Articulorum affectus.

Arti-

Apho-

Aphoriſmi ſpectantes ad affectus externos.

Et primo

Ad affectus Capillorum.

Ad Puſtulas.

Ad Tubercula.

Tubercu-

Ad Verrucas.

Ad Pus.

Ad Vulnera.

Ad Vlcera.

Ad fracturas, luxationes, & vitia ossium.

Ad Cartilaginis affectus.

Aphoriſmi ad res naturales & non naturales pertinentes.

Et primo

Ad Naturam.

Ad vitam & calidum innatum.

Ad temperamenta & conſtitutiones.

Ad habitus corporis.

Ad Tempestates anni vniuersim sumptas.

Ad tempestatem Vernam.

Ad æstiuam.

Ad Autumnum.

Ad Hyemem.

Hyems

Ad auſtrinam conſtitutionem.

Ad Aquiloniam conſtitutionem.

Ad Pluuioſam conſtitutionem.

Ad Siccam conſtitutionem.

Ad loca & regiones.

Ad Ætates.

Ad Infantiam.

Ad Pueritiam.

Ad Consuetudinem.

Ad Cibum.

Benè

Ad Satietatem.

Ad Famem.

Ad Sitim.

Sitim

Ad Somnum & vigiliam.

Ad excreta & retenta.

Ad Sputa & Sudores.

Nonnulli Aphoriſmi ad Therapeuticam ſpectantes.

Ad Euacuationem.

Ad Purgationem.

Ad Helleborismum.

Ad Venæ sectionem.

Ad Cucurbitulas.

Ad Balneum & fomentum.

Ad ferrum & ignem.

Ad calefacientia atque refrigerantia.

Ad Lac.

Ad Aromata.

FINIS.

APHO-



APHORISMORVM HIPPOCRATIS Sectio prima.

APHOR. I.



Βίος βραχὺς, ἡ δὲ τέχνη μακρὴ, ὁ δὲ καιρὸς ὀξὺς, ἡ δὲ πεῖρα σφαλερὴ, ἡ δὲ κρίσις χαλεπή. Δεῖ δὲ οὐ μόνον ἑαυτὸν παρέχειν τὰ δέοντα ποιέοντα, ἀλλὰ καὶ τὸν νοσέοντα, καὶ τοὺς παρέοντας, καὶ τὰ ἔξωθεν.

Vita breuis, Ars verò longa, Occaſio pręceps, Experimentum periculoſum, Iudicium difficile. Nec verò ſatis eſt, medicum ſuum feciſſe officium, niſi ſuum quoque ægrotus, ſuum aſtantes faciant, ſintque externa ritè comparata.

Ars longa eſt, ſi eam hominis vita metiamur: tam variarum enim rerum inueſtigationem & cognitionem requirit, vt homo (quantumuis diligens ac laborioſus) hanc & inchoare & ad ſi-

nem vsque perducere non possit, nisi processerit via doctrina aphoristica, qua omnes rei proprietates quàm breuissimis verbis circunscribat. Propterea operaprecium est qua quisque cognouit ea mandare literis, & tradere posteritati commentationes, quæ rerum percipiendarum naturam omnem diligenter ac citò, & sermone dilucido interpretentur, vt qui volunt breui tempore artem longam ediscant, nec difficultate rei exterriti auocentur à proposito, nec præsumpta desperatione perueniendi quò volunt, animo statim initiò despondeant. Quòd autem ars longa sit, hæc etiam ostendunt, Occasio preceps, quæ ob humani corporis defluxum assiduamq; mutationem citò prætererit: experimentum remediorum medicorum periculosum, ob subiecti dignitatem: iudicium, quo quid faciendum sit inquirimus, difficile, ob sectas & varias in medicina opiniones. Intelligent autem quantùm veritatis habeant omnia quæ in hoc libro scribuntur, imo nihil eorum falsum esse comperient, medicinam ita vt hîc docti fuerint, facientes: si à medico, ægro, ministris, externis, nullus proficiscatur error. Et hæc sponsio reddit auditorem attentiorem ad intelligendos aphorismos. Porrò cùm quatuor sint quæ ad actionem aliquam concurrunt, id à quo fit, sine quo non fieret, per quod fit melius, & per quod tria illa conseruantur: Medicus, est à quo fit actio, est enim

prin-

principale instrumentum curationis. Æger habet rationem eius sine quo non fieret actio. Assidentes & externa per quod fit melius. Vsus rectus remediorum, per quod tria illa conseruantur. Vsus autem rectus est fusus per omnes aphorism.

II.

Ἐν τῇσι ταραχῇσι τῆς κοιλίης, καὶ τοῖσιν ἐμέτοισι τοῖσιν αὐτομάτως γινομένοισιν, ἢν μὲν οἷα δεῖ καθαίρεσθαι καθαίρωνται, ξυμφέρει τε καὶ εὐφόρως φέρουσιν, ἢν δὲ μὴ, τοὐναντίον. οὕτω δὲ καὶ ἡ κενεαγγείη, ἢν μὲν οἵη δεῖ γίγνεσθαι, γίγνηται, ξυμφέρει τε καὶ εὐφόρως φέρουσιν. ἢν δὲ μὴ, τοὐναντίον. ἐπιβλέπειν οὖν δεῖ καὶ χώρην, καὶ ὥρην, καὶ ἡλικίην, καὶ νούσους ἐν ᾗσι δεῖ, ἢ οὔ.

In perturbationibus ventris & vomitibus spontaneis, si talia purgentur qualia purgari oportet, confert, & leuiter ferunt: sin minus, contrà. Sic & vasorum inanitio, si talis fiat qualis fieri debet, confert, & benè tolerant, sin minus, contrà. Inspicere itaque oportet, & regionem, & tempus, & ætatem, & morbos in quibus conueniat, aut non.

Præponit vacuationem naturalem medicæ, vt exemplo sumpto à vacuationibus quæ fiunt à natura, sciat medicus quales ipse moliri debeat:

Medicus enim minister est naturæ benè operantis, & Ars imitatur naturam. Detectione ergo illa quæ tantum fit impetu facultatis naturalis, non à causa externa, si qualia oportet purgari purgentur, hoc est ea quæ sua qualitate corpus infestant, confert, & leuiter ferunt: nam facilitas tolerantiæ indicium est quòd talis euacuatio facta est qualis erat facienda. Quòd si aliorum fiat euacuatio, & non eorum quæ corpora nostra molestant, contrarium euenit, neque enim confert, & grauiter ferunt ægrotantes. Eodem pariter modo si medicus moliatur aliquam facere euacuationem, eorum esto quæ corpora nostra molestant, quemadmodum & in alijs locis humorem noxium præcipit euacuari, neque alterum illi in euacuatione præferri. Si igitur pituita superabundet, hanc omnino oportet euacuari: flaua autem bile vel atra infestante, abstinendum est à pituita, & bilis infestans euacuanda. Sic & si humor sanguineus in corpore modum excesserit, sanguinem euacuari oportet, sicut & serosam eius partem, si hæc fuerit superabundans. Omnium itaque vacuationum intentio, est humor superabundans, cuius notitia perquirenda est ex regione, tempore, ætate, natura & colore ægrotantis, & ex ipsis morbis: nam biliosæ pustulæ, fastidium cibi, sitis, amaritudo oris, erysipelas, tertiana febris, suadent vtendum medicamento cholagogo. Item

calor

calor ad nigritiem tendens, puſtulæ nigræ, elephas, cancer, quartana febris, lien magnus, varices nigræ, delirium mentis, melancholia, ſuadent vtendum medicamento melanogogo. Regio frigida, humida, Hyems, ætas ſenilis, hæc ſignificant abundare pituitam ſicut regio calida, æſtas, ætas iuuenilis bilem. Ad has & ſimiles intentiones reſpicientes, oportet nos inuenire qualitatem euacuationis, hoc eſt, qualis humor vacuandus eſt.

III.

Ἐν τοῖσι γυμναστικοῖσιν αἱ ἐπ' ἄκρον εὐεξίαι σφαλεραὶ, ἢν ἐν τῷ ἐσχάτῳ ἔωσιν. οὐ γὰρ δύνανται μένειν ἐν τῷ αὐτέῳ, οὐδὲ ἀτρεμέειν. ἐπεὶ δὲ οὐκ ἀτρεμέουσιν, οὐδέτι δύνανται ἐπὶ τὸ βέλτιον ἐπιδιδόναι, λείπεται ἐπὶ τὸ χεῖρον. τουτέων οὖν εἵνεκεν τὴν εὐεξίην λύειν ξυμφέρει μὴ βραδέως, ἵνα πάλιν ἀρχὴν ἀναθρέψιος λάβῃ τὸ σῶμα, μηδὲ τὰς ξυμπτώσιας ἐς τὸ ἔσχατον ἄγειν. (σφαλερὸν γάρ) ἀλλ' ὁκοίη ἂν ἡ φύσις ᾖ τοῦ μέλλοντος ὑπομένειν, ἐς τοῦτο ἄγειν. ὡσαύτως δὲ καὶ αἱ ἐς κενώσιες αἱ ἐς τὸ ἔσχατον ἄγουσαι, σφαλεραί· καὶ πάλιν αἱ ἀναθρέψιες αἱ ἐν τῷ ἐσχάτῳ ἐοῦσαι, σφαλεραί.

Habitus Athletarum, qui ad ſummum bonitatis attingunt, periculoſi, ſi in extremo conſtiterint; neque enim poſſunt in eodem permanere, neque quieſcere. Cùm verò non quieſcant & non poſſunt proficere in

melius, reliquum est vt decidant in deterius. His de causis bonum habitum statim soluere expedit, vt corpus rursus nutriri incipiat. Neque compressiones ad extremum ducendæ (periculosum enim:) Sed qualis natura fuerit eius qui debet perferre, ad hoc ducere conuenit. Sic & euacuationes quæ ad extremum deducunt periculosæ. Et rursus refectiones, cum extremæ fuerint, periculosæ.

Quòd neque euacuare neque replere supra modum oporteat, documento esse potest Athletarum bonus habitus, qui alioqui inculpabilis existens, vt qui & bonis abundet humoribus & vires habeat robustas, hoc solum malum maximum gerit, quòd ad extremam venit repletionem: hunc itaque soluere nos oportet haudquaquàm morantes, sed anticipantes solutione periculum. Causam verò ob quam soluere oporteat, talem ipse subiecit dicens: neque enim possunt in eodem permanere neque quiescere: nam cùm semper natura coctionem, alimenti distributionem, sanguinis generationem, adiectionem, adglutinationem, atque assimilationem operetur, quando nihil adijci solidis corporis partibus potest, neque venæ amplius habent conceptaculum in quod alimentum distributum recipiatur: tunc periculum imminet aut diruptionis vasorum, aut suf-

focationis

focationis caloris naturalis & mortis repentinæ. Vt igitur corpus rursus nutriri possit, bonum habitum oportet sine mora soluere. Eius autem solutio est euacuatio, & hanc quoque oportet facere non vltra modum, cùm sit immodica euacuatio non minus periculosa quàm immoderata repletio. In euacuationibus enim non solùm quid abundantia requirit attendendum est, sed quantum vires ferre possunt eius qui debet euacuari. Alij siquidem melius, alij minus benè ferunt euacuationes. Porrò nihil immodicum periculo vacat, siue sit in demendo, siue in addendo.

IV.

Αἱ λεπταὶ καὶ ἀκριβέες δίαιται, καὶ ἐν τοῖσι μακροῖσιν αἰεὶ πάθεσι, καὶ τοῖσιν ὀξέσιν, οὗ μὴ ἐπιδέχεται, σφαλεραί· καὶ πάλιν αἱ ἐς τὸ ἔσχατον λεπτότητος ἀφιγμέναι δίαιται, χαλεπαί· καὶ γὰρ αἱ πληρώσιες αἱ ἐς τὸ ἔσχατον ἀφιγμέναι, χαλεπαί.

Victus tenuis atque exquisitus in morbis quidem longis semper, in acutis verò in quibus non conuenit, periculosus. Et rursus qui ad extremum deuenit tenuitatis, grauis est. Nam & repletiones quæ ad extremum deueniunt graues sunt.

Hîc agit de victu ægrotantium, ostendens nobis in morbis longis semper periculosum esse victum tenuem, quòd scilicet vires ipsas demoliatur quas

præstat tum fouere, tum integras, vt morbi diuturnitati pares esse queant, seruare. In acutis verò non semper esse periculosum. Competit enim in simpliciter acutis, quibus maximus vigor & iudicatio primis diebus futura est: Non competit in acutis ex decidentia, qui possunt ad quadragesimum vsque protrahi diem. Est autem victus in extremo tenuis, qui per solam mediam ad indicationem vsque sic procedit: tenuissimus, per mellicratum: tenuis verò qui per pauca & parum nutrientia edulia fit, qualis est ptisanæ succus. Omnis talis victus vires quidem comminuit sed adhibendus cum iudicio, eatenus vt non fiat exolutio virtutis & naturæ.

V.

Ἐν τῇσι λεπτῇσι διαίτῃσιν ἁμαρτάνουσιν οἱ νοσέοντες, διὸ μᾶλλον βλάπτονται. πᾶν γὰρ τὸ ἁμάρτημα, ὃ ἂν γίνηται, μέγα γίνεται μᾶλλον, ἢ ἐν τῇσιν ὀλίγον ἁδροτέρῃσι διαίτῃσι. διὰ τοῦτο καὶ τοῖσιν ὑγιαίνουσι σφαλεραὶ αἱ πάνυ λεπταὶ καὶ καθεστηκυῖαι καὶ ἀκριβέες δίαιται, ὅτι τὰ ἁμαρτανόμενα χαλεπώτερον φέρουσι. διὰ τοῦτο οὖν αἱ λεπταὶ καὶ ἀκριβέες δίαιται σφαλεραὶ ἐς τὰ πλεῖστα τῶν σμικρὸν ἁδροτέρων.

In tenui victu ægri delinquunt, quo fit vt magis lædantur. Quicunque enim error com-

committitur magnus, maior in hoc fit quàm in paulò pleniore victu. Propterea etiam sanis periculosus existit valde exquisitus victus & constitutus, quoniam errores grauius ferunt. Ob hoc igitur tenuis victus atque admodum exquisitus magna ex parte periculosior est eo qui paulò plenior.

Quicunque error accidit ægrotantibus qui tenui victu reguntur, hic maximum affert periculum: & quia natura à tali victu debilitatur, & quia transitus ad eum est insuetus. virium autem iam imbecillium reliquias facile deijcit quicunque superuenerit error. Hippocrates in lib. de ratione victus tenuiorem victum ratione viuentibus meliorem prædicat, & re vera laudabilior est pleniore, præsertim in acutis: idem verò hîc periculosiorem ait, sed delinquentibus. Quemadmodum enim (si modò prophana sacris conferre licet) qui legem acceperunt, aut religione distringuntur, his grauius est delictum, si peccare contingat, quàm aut religione solutis, aut legis expertibus: sed tamen lex mala, aut religio periculosior non est censenda: Sic tenuior viuendi ratio, licet hac exquisitè viuentibus grauius sit delictum cùm errauerint, non tamen idcirco peior pleniore iudicatur.

VI.

Ἐς δὲ τὰ ἔσχατα νουσήματα, αἱ ἔσχαται θεραπεῖαι ἐς ἀκριβείην, κράτισται.

Extremis morbis extrema exquisitè remedia optima sunt.

Extremos morbos nominauit Hippocrates summos, vltra quos non sunt alij. Quare præcipit in ipsis fieri exquisitissimam curationem, & victum adhiberi tenuissimum.

VII.

Ὅκου μὲν οὖν κάτοξυ τὸ νούσημα, αὐτίκα τοὺς ἐσχάτους πόνους ἔχει, καὶ τῇ ἐσχάτως λεπτοτάτῃ διαίτῃ ἀναγκαῖον χρέεσθαι. ὅκου δὲ μὴ, ἀλλ' ἐνδέχεται ἁδροτέρως διαιτᾶν, τοσοῦτον ὑποκαταβαίνειν, ὁκόσον ἂν νοῦσος μαλθακωτέρη τῶν ἐσχάτων ᾖ.

Vbi morbus peracutus est, statim extremos habet labores, & extremè tenuissimo victu vtendum est: vbi verò non, sed pleniorem victum contingit adhibere, tantum cibi indulgendum est, quantò morbus extremis est mollior.

Peracutus est morbus qui statim circa primos dies in summo vigore consistit. Porrò in morbi vigore, tenuissimo victu vtendum est: Nam si propter inflammationes vel febres, quæ à morbis acutis vix vnquàm separantur, abstinendum est, hoc ipsum (morbo in suo vigore consistente) magis

magis est faciendum, ne si liberalior victus indulgeatur, natura, quæ contra morbum pugnabat, eo relicto, ad coctionem cibi se conuertat. In alijs morbis qui tardius in vigore sunt futuri, tantum à victus tenuitate declinandum est, quantum morbi ab extremis recedunt.

VIII.

Ὁκόταν δὲ ἀκμάζῃ τὸ νόσημα, τότε καὶ τῇ λεπτοτάτῃ διαίτῃ ἀναγκαῖον χρέεσθαι.

Quando morbus in suo vigore constiterit, tunc victu tenuissimo vtendum est.

Hæc sententia similis est præcedenti: nisi quòd generalior extendi posse videatur ad omnes morbos, quorum in vigore, tenuissimo victu vtendum est.

IX.

Συντεκμαίρεσθαι δὲ χρὴ καὶ τὸν νοσέοντα, εἰ ἐξαρκέσει τῇ διαίτῃ πρὸς τὴν ἀκμὴν τῆς νούσου, καὶ πότερον ἐκεῖνος ἀπαυδήσει πρότερον καὶ οὐκ ἐξαρκέσει τῇ διαίτῃ, ἢ ἡ νοῦσος πρότερον ἀπαυδήσει καὶ ἀμβλυνεῖται.

Coniectari oportet an æger sufficiat cum victu perdurare, donec morbus consistat, & nunquid prius ille deficiat nec possit cum victu perdurare, vel morbus antea deficiat atque hebescat.

Bona medicinæ pars est coniecturalis. Totam victus rationem igitur non solùm morbi tempo-

re, de quo superius dictum est, abstinendum esse in vigore, sed etiam ægrotantis virtute metiemur: quæ si imbecillior fuerit, adiiciendum aliquid victui, & tantò plenior est adhibendus quantò pleniorem natura imbecillior expostulat. Quocirca etiam in ipso morbi vigore, ubi aliquis casus interuenerit robur naturæ dissoluens, nutrire aliquando cogimur.

X.

Ὁκόσοισι μὲν οὖν αὐτίκα ἡ ἀκμὴ, αὐτίκα λεπτῶς διαιτᾷν. ὁκόσοισι δὲ ἐς ὕστερον ἡ ἀκμὴ, ἐς ἐκεῖνο καὶ πρὸ ἐκείνου μικρὸν ἀφαιρετέον. ἔμπροσθεν δὲ πιοτέρως διαιτᾷν, ὡς ἂν ἐξαρκέσῃ ὁ νοσέων.

Quibus igitur statim morbus consistit, iis statim tenuis victus adhibendus est, quibus verò posterius debet consistere, iis & in ipso consistendi tempore, & parum ante illud, cibus subtrahendus: Prius verò vberius agendum vt æger sufficiat.

Sermo hic vniuersalis est, de omnibus morbis pronuntians, in quibus dum vigor adest, tenuis conuenit victus. Verum longè ante tempus vigoris erit alendus æger, vt imminentem morbi tempestatem ferat potentius cibo pleniore firmatus.

XI.

Ἐν τοῖσι παροξυσμοῖσιν ὑποστέλλεσθαι χρή, τὸ προστιθέναι γὰρ βλάπτει. καὶ ὁκόσα κατὰ περιόδους παροξύνεται, ἐν τοῖσι παροξυσμοῖσιν ὑποστέλλεσθαι χρή.

In acceſſionibus abſtinere oportet: nam cibum dare, nociuum eſt, & quibus per circuitum fiunt acceſſiones, in ipſa acceſſione abſtinere oportet.

Cibandi conſilia petenda ſunt à tempore, & à viribus ægri: itaque cùm præcipit in acceſſionibus abſtinendum eſſe, ne cibus oblatus diſtrahat naturam, quæ circa morbi materiam tum eſt occupata, intelligit ſi per vires id permittatur, & naturam ægrotantis.

XII.

Τοὺς δὲ παροξυσμοὺς καὶ τὰς καταστασίας δηλώσουσιν αἱ νοῦσοι, καὶ αἱ ὧραι τοῦ ἔτεος, καὶ αἱ τῶν περιόδων πρὸς ἀλλήλας ἀντεπιδόσιες, ἤν τε καθ' ἡμέρην, ἤν τε παρ' ἡμέρην, ἤν τε καὶ διὰ πλείονος χρόνου γίγνωνται. ἀτὰρ καὶ τοῖσιν ἐπιφαινομένοισιν, οἷον ἐν πλευριτικοῖσι πτύελον, ἢν αὐτίκα ἐπιφαίνηται ἀρχομένου, βραχύνει. ἢν δ' ὕστερον ἐπιφαίνηται, μηκύνει. καὶ οὖρα, καὶ ὑποχωρήματα, καὶ ἱδρῶτες, καὶ εὔκριτα, καὶ δύσκριτα, καὶ βραχέα, καὶ μακρὰ τὰ νοσήματα, ἐπιφαινόμενα δηλοῖ.

Accessiones autem & constitutiones morbi indicabunt, & anni tempora, & circuituum successiua incrementa, siue quotidie, siue alternis diebus, siue per maiora fiant interualla. Sed ex iis quæ mox apparent, indicia sumuntur, quemadmodum in morbo laterali si circa initia statim sputum appareat, breuiat morbum: Si verò postea appareat, producit. Et vrinæ & alui excrementa & sudores, quæcunque apparuerint, vel bonam morborum indicationem, vel malam, vel breues, aut longos fore morbos ostendunt.

Cùm victus instituendi ratio sumatur vel à viribus ægri, vel à morbo ipso seu morbi constitutione, vel à particularibus accessionibus, vires imprimis cognoscendæ sunt: cognoscentur autem ex pulsibus & ex ijs notis quas describit Hippocrates in Præsagijs. Accessiones & constitutiones, morbus ipse indicabit. Nam si tertiana fuerit, per tertium accessio fiet: si verò quotidiana, singulis diebus: at si quartana, per quartum. Animaduertere si morbus est acutus vel peracutus vel longus, & quando maximè in vigore consistet, nihil aliud est quàm morbi constitutionem considerare. Item anni tempora indicabunt easdem constitutiones & accessiones: Nam Æstas addit celeritatem: Hyems tarditatem, ita vt æsti-

ua

uæ quartanæ magna ex parte breues sint: Autumnales & quæ magis hyemem attingunt, longæ. Circuituum etiam incrementa, hoc est accessionum quæ fiunt in circuitibus incrementa, siue quotidie, siue alternis diebus, siue longiore tempore fiant, constitutiones indicabunt. Hæc sicut ætas, natura, consuetudo, industria, regio, & aëris ambientis qui tunc vagatur, temperatura, constitutionem morbi declarant, an ipse sit peracutus, an longus & chronicus: & declarant ipsas accessiones, an per tertium, vel per quartum, vel singulis diebus, siue qua hora diei aut noctis sint inuasuræ. Hæc autem eò pertinent, vt secundum vires, morbi constitutionem & accessiones particulares, recta victus ratio præscribatur. Morbi etiam constitutio breuísne futurus sit an longus, coniectabitur ex ijs quæ post apparent ac superueniunt: cuiusmodi sunt in morbo costali, sputum, vrinæ, alui excrementa, sudores. Quod planum fit exemplo laborantis ex pleuritide Anaxionis, de quo satis multa verba Galenus in commentario facit. Quantò enim citius apparent quæ excernuntur cocta in pleuritide, tantò breuior sperari debet morbus: Quantò verò tardius, tantò longior.

XIII.

Γέροντες εὐφορώτατοι νηστείην φέρουσι, δεύτερον οἱ καθεστηκότες, ἥκιστα, μειράκια, παί-

των δὲ μάλιστα παιδία. τουτέων δὲ αὐτέων ἃ ἂν τύχῃ αὐτὰ ἑωυτῶν προθυμότερα ἐόντα.

Senes facillimè ieiunium ferunt, ſecundo loco qui ætatem conſiſtentem habent, minus adoleſcentes : omnium minimè pueri, præſertim qui inter ipſos ſunt viuidiores.

Ætatum differentia confert etiam ad constituendam victus rationem, nam indicatione ſumpta ab hominis ætate ſenibus instituendus est victus tenuis etiam in morbis, quia facilè ieiunium ferunt, ij præſertim qui ſunt in principio ſenilis ætatis : Nam extremè ſenes tale quid patiuntur quale lucernis penè extinctis accidit, quæ continuam exigunt olei ſuffectionem, multam autem & ſubitam ſimul nequeunt ſustinere. Pueris verò largior victus indulgetur, quia plurimum cibum conficiunt propter abundantem in eis calorem naturalem. Mediæ ætates inter ſenes & pueros, quantò propinquiores his aut illis exiſtent, tantò minus aut magis offendentur ex longis inedijs.

XIV.

Τὰ αὐξανόμενα, πλεῖστον ἔχει τὸ ἔμφυτον θερμόν. πλείστης οὖν δεῖται τροφῆς· εἰ δὲ μὴ, τὸ σῶμα ἀναλίσκεται. Γέρουσι δὲ ὀλίγον τὸ θερμόν· διὰ τοῦτο ἄρα ὀλίγων ὑπεκκαυμάτων δέονται. ὑπὸ πολλῶν γὰρ ἀποσβέννυται. διὰ τοῦτο καὶ οἱ πυρετοὶ

ρετοὶ τοῖσι γέρουσιν οὐχ ὁμοίως ὀξέες· ψυχρὸν γὰρ τὸ σῶμα.

Qui crescunt, plurimum habent calidi innati: plurimo igitur egent alimento, alioquin corpus absumitur. Senibus verò parum calidi innati ineſt: propterea paucis alimentis egent, quia à multis extinguuntur. Hanc etiam ob cauſam febres ſenibus non ſimiliter acutæ fiunt, frigidum enim eſt eorum corpus.

Cùm tota moles animalium in perpetuo fluore ſit, ni ſimilis altera ſubſtantia pro ea quæ defluxit reſtituta ſit, euaporabitur certè atque diſſipabitur uniuerſa. Quo factum arbitror, vt natura non animalibus modo, verumetiam ſtirpibus, inſitas quaſdam vires deficientis ac deſiderati ſemper appetentes ſtatim ab initio dederit, tantò profectò magis aut minus intenſas quanto maior minórve fieret iſte fluor in vnoquoque animali. Proinde cùm ex humida & aëria ſubſtantia puerorum, eorumq́ue qui creſcunt, plurimum continenter diſſipatur, ob innati caloris in eis abundantem ſubſtantiam, qui potenter cibos conficit, ſit vt pluribus egeant alimentis. Senes autem, quia paucus ſit fluor ſubſtantiæ illorum, quæ iam ſicca eſt & terreſtris, nec facilè reſolubilis, & quia paucus ille calor ſenilis opprimitur multis,

& extinguitur, ideo frugaliter & parcè refici debent. Eadem ex causa subinfertur, febres acutæ non tam facilè contingunt senibus quàm iunioribus : multum enim calidum promptè in immensum attollitur, paucum verò non facilè. Accenditur autem febris ob innati caloris conuersionem ad igneam naturam: verùm tantam senibus euenire conuersionem, vt æqua sit ei quæ iunioribus accidit, vix fieri potest : nam corpora senum frigida, puerorum calida sunt.

XV.

Αἱ κοιλίαι χειμῶνος καὶ ἦρος θερμόταται φύσει, καὶ ὕπνοι μακρότατοι. ἐν ταύτῃσιν οὖν τῇσιν ὥρῃσι καὶ τὰ προσάρματα πλείω δοτέον· καὶ γὰρ τὸ ἔμφυτον θερμὸν πλεῖον ἔχουσι. Τροφῆς οὖν πλείονος δέονται· σημεῖον αἱ ἡλικίαι, καὶ οἱ ἀθληταί.

Ventres Hyeme & vere natura calidissimi sunt, & somni longissimi : quare per ea tempora alimenta copiosiora sunt exhibenda. etenim tunc calor innatus plurimus est, vnde & pluribus egent alimentis : indicio sunt ætates & athletæ.

Non parum etiam conducunt ad victus rationem inueniendam anni tempora : nam hyberno tempore cùm plus appetant homines, & cibum facilius concoquant quàm æstiuo, plus etiam exhibendum est. ventres enim, hoc est, capacitates

omnes

omnes & internæ partes, ventriculus, venæ, arteriæ, cordis ſinus, Hyeme & Vere calidiſſimi ſunt calore naturali: Nam ob circunſtantem extrinſecus frigiditatem ſe recipit intrò calor, ſicut Æſtate ad ſibi affinem protenditur, atq; ita contingit diſſolui quidem ac diſſipari eius ſubſtantiam tempore æſtiuo: contineri ac cohiberi & in profundum ſecedere hyemali. Ob hoc igitur, & quia ibi incluſus, & quia tum plurimus eſt, idcirco cibi appetentiam intendit, coctiones auget, & plus ſanguinis cumulat, & craſſius efficit corpus, & vt ſuperfluitates excernantur prouidentiam habet: hic enim eſt omnium operationum naturalium autor & cauſſa. Accidit & his temporib. ſomnos fieri longiſſimos ob noctium longitudinem, quod & ipſum multum confert ad coctiones, nutritiones, & cætera naturæ opera. Quod verò plurimum alimentum ſit neceſſarium vbi calidum abundat, argumento ſunt pueri, qui quia calidum plurimum habent, idcirco & pluribus egent, & plura concoquunt. Athletæ verò quia exercitijs augent calorem natiuum, ob id etiam multis frui poſſunt alimentis.

XVI.

Αἱ ὑγραὶ δίαιται πᾶσι τοῖσι πυρεταίνουσι ξυμφέρουσι, μάλιστα δὲ παιδίοισι, καὶ τοῖσιν ἄλλοισι τοῖσιν οὕτως εἰθισμένοισι διαιτᾶσθαι.

Victus humidus febricitantibus omnibus confert, maxime verò pueris & iis qui tali victu vti consueuerunt.

Hactenus de quantitate, nunc de qualitate victus agit, tam ægrorum quàm sanorum: nam febri, quoniam calida & sicca est passio (est enim conuersio natiuæ caliditatis ad igneam) victum humidum consulit, indicatione sumpta ab eo quod dicitur, contraria contrariorum esse remedia. Humidioribus verò naturis, siue propter ætatem, siue propter consuetudinem, non contrariam, sed magis affinem seruandam statuit: naturam enim eorum fouere debemus per humida, non eodem quo morbos modo demoliri, semper in memoria habentes, quòd victuum sanorum indicationes, in ijs quidem quæ præter naturam sunt, contrarias, in ijs autem quæ sunt secundum naturam, similes facere oporteat. Sed in ægris si complicentur affectus, ita vt simul sit hydropisis & febris, quia (indicatione sumpta à morbis ipsis) calida & sicca vni, frigida & humida alteri debentur remedia, ad id festinandum est quod magis vrget, altero non omnino posthabito aut neglecto. Sed, cùm essentia febris sit in calore præter naturam, magis quàm in siccitate, cur vnius contrarij tantum, id est, humidi meminit, prætermittens omnino alterum, id est frigidum? Dic ipsum id fecisse studio breuitatis, aut vnius tan-

tum

tum humidi meminisse, vt suum Aphorismum pluribus communem faceret: Sermo enim institutus est tam de febrientib. quàm de sanis. Item alia causa est, quòd intemperaturarum omnium pessima est siccitas, & curatu difficillima; & ne talis intemperies, quæ ferè inemendabilis est, inualescat, eam oppugnat suo contrario. Præterea humidorum vsus est tutissimus, ergo tutissimè huiusmodi pestem ita corrigit: mors enim nihil est aliud, quàm calidi & humidi defectus. Item calor in subiecto sicco euadit acrior, (febricitantis autem corpus calidum & siccum est) hanc acrimoniam caloris, humiditate obtundit. Postremò solius humidi non frigidi meminit, quòd frigidorum vsus periculosissimus est, vt docetur in libro methodi medendi.

XVII.

Καὶ οἷσιν ἅπαξ, ἢ δὶς, καὶ πλείω, ἢ ἐλάσσω, καὶ κατὰ μέρος. δοτέον δέ τι καὶ τῇ ὥρῃ, καὶ τῇ χώρῃ, καὶ τῇ ἡλικίῃ, καὶ τῷ ἔθει.

Et quibus semel aut bis, & quibus pluráne, an pauciora particulatim oporteat offerre, considerandum. Condonandum autem aliquid ætati, regioni, tempori, & consuetudini.

De quantitate & qualitate dictum superius, nunc de modo offerendi dicitur. Non enim satis est cognoscere quòd huic tenuis vel plenus, illi

conueniat humectans vel ſiccans victus, ſed nunquid ſemel aut ſæpius plura aut pauciora ſingulis paſtibus offerri debeant, intelligendum. Nimirum ex viribus ægri & diſpoſitione eius qui eſt robuſtus vel imbecillus, plethoricus vel exuccus, intelligetur quàm multum & quàm parum, quàm frequens & quàm rarum alimentum inſtitui debeat. Robuſtus & exuccus, eget multo, quia valet concoquere multum: & frequente, vt quod habet diminutum reſarciatur. Imbecillus & plethoricus, eget pauco & raro. Si cum imbecillitate ſit humorum defectus vel corruptio, parum & ſæpius offeremus: parum quidem, quia vires imbecillæ multum non ſuſtinent: ſæpius autem, quoniam defectus exigit adiectionem, corruptio verò contemperamentum. Sic quidem oportet & à morbo & à viribus ægrotantis ad ea quæ propoſuimus ſumere indicationes. Quæ in re magnum etiam momentum habet tempus, ætas, & conſuetudo.

XVIII.

Θέρεος καὶ φθινοπώρου σιτία δυσφορώτατα φέρουσι, χειμῶνος ῥήϊστα, ἦρος δεύτερον.

Æſtate & Autumno cibos difficillimè ferunt, Hyeme facillimè, ſecundum locum Ver habet.

Superius in eo Aphoriſmo, Ventres Hyeme, &c. quantum offerri debeat, nunc quomodo offerendum

rendum ſit, indicatione ſumpta à tempore oſtendit. Quapropter Hyeme quidem rarò & plurimum cibi concedit, quoniam tunc ineſt plus innati caloris: Æſtate verò frequentius & parum ſingulo quoque paſtu, propter diminutionem eiuſdem caloris, cuius officium eſt coquendi ac conficiendi cibos. Reliqua verò duo tempora, Autumnus quidem Æſtatem ſubſequitur, Ver Hyemem.

XIX.

Τοῖσιν ἐν τῇσι περιόδοισι παροξυνομένοισι μηδὲν διδόναι, μηδ᾽ ἀναγκάζειν, ἀλλ᾽ ἀφαιρέειν τῶν προσθεσίων πρὸ τῶν κρισίων.

Iis qui per circuitus acceſſiones habent, nihil dare oportet, neque cogere, ſed ſubtrahere adiectioni ante indicationes.

Ex ipſis etiam acceſſionibus quæ per circuitus, hoc eſt per certum ordinem & ſeriem temporis redeunt, diſcendum eſt quomodo cibus offerri debeat ægrotantibus. Nihil enim cibi vel potus exhibendum in acceſſione, nec niſi longè ante acceſſionem, ne cùm natura tota eſt in concoquendo morbo, ad conficiendos cibos reuocetur.

XX.

Τὰ κρινόμενα καὶ τὰ κεκριμένα ἀρτίως, μὴ κινέειν, μηδὲ νεωτεροποιέειν, μήτε φαρμακείῃσι, μήτ᾽ ἄλλοισιν ἐρεθισμοῖσιν, ἀλλ᾽ ἐᾶν.

Quæ iudicantur & iudicata sunt integrè neque mouere neq; nouare aliquid, siue medicamentis, siue aliter irritando, sed sinere.

Cum sit crisis solius naturæ opus, non medici. Est enim crisis subitus naturæ, id est facultatis naturalis, & præsertim expultricis, motus in morbis, ad salutem omnino, vel ad melius, ad mortem vel ad peius, per insignem aliquam euacuationem. Nihil omnino agendum est medico cum ipsa perficitur crisis, aut iam perfecta est; sed omnia naturæ permittenda, ne eius actionem turbemus, quæ in hoc tota est, vt materias nocentes expellat. Si verò quicquam deficiat, medici est vt id quod deficit suggerat, euacuans ea quæ ab imperfecta iudicatione sunt relicta, ne recidiuam faciant. Perfectæ iudicationis, & cui nullus numerus iudicatorius deest, hæc signa sint: Primùm, melior est quæ per euacuationem inferiorem fit, quàm quæ per abscessum: Deinde, per quam humor noxius, quàm per quam alius quispiam euacuatur: Tertio loco, quæ rectè fit tramite: Posthæc, quæ facilè toleratur: Dein, quæ cum coctione: Et in die decretorio. Horum aliqua si desint, neque integra fuerit iudicatio neque exquisita.

XXI.

Ἃ δεῖ ἄγειν, ὅκε ἂν μάλιστα ῥέπῃ, ταύτῃ ἄγειν, διὰ τῶν ξυμφερόντων χωρίων.

Quæ ducere oportet quò maximè natura vergit, per loca conferentia eò ducere.

In euacuatione eorum quæ sunt ab imperfecta indicatione relicta, oportet medicum naturæ motum animaduertere, & si quidem idoneus fuerit, ei conuenit adminiculari, viam struendo, si verò contrarius & noxius, hunc prohibere atque diuertere oportet, ne in partem principatum obtinentem humores noxios, aut omnino quò non expedit, detrudat. Sunt autem euacuationibus conferentia loca; intestina, deiectionibus; vesica vrinis; ventriculus, vomitionibus; (nam si facultas naturalis ad vomitum insurgat, non est eius motus interrumpendus, postquàm locus & meatus conferens est & manifestus) cutis sudoribus; palatum & nares, fluxui sanguinis & pituitæ, &c.

XXII.

Πέπονα φαρμακεύειν καὶ κινέειν, μὴ ὠμὰ, μηδὲ ἐν ἀρχῇσιν, ἢν μὴ ὀργᾷ. τὰ δὲ πλεῖστα οὐκ ὀργᾷ.

Concocta medicari atque mouere, non cruda, neque in principiis, modò non turgeant: plurima verò non turgent.

Humores qui agitantur & de loco ad locum mouentur ac transfluunt, medicamento vacuare primo quoque tempore licet: crudos autem & qui in aliqua parte firmati sunt, hos neque medica-

mentis irritare, neque alio auxilio mouere oportet, nisi post coctionem: tunc enim natura pellente & pharmaco attrahente facilior sequitur eductio. Videtur siquidem ipsa natura post coctiones, humores discernere ac vtilibus in vsum asseruatis superfluos expellere. Quod sola si potest exequi, nec eget auxilio manum porrigentis, medicamento opus non est. Si verò imbecillius agat, id quod deficit oportet supplere, vt tandem humoris noxij fiat euacuatio. Ratio itaq; prohibitæ purgationis ante coctionem est, quia crudus humor ob crassitiem & frigiditatem est tardi motus, nec pharmaco obedit, vnde ex commotione symptomata praua sequuntur, tantò certè deteriora quantò pharmacum est in attrahendo generosius, & humor ob maiorem crassitiem in reluctando validior, aut magis fixus, & in vijs angustioribus. Per aluum quidem ducere crudos humores vetat ratio aphorismi, sed aphorismo minimè prohibentur initio pharmaca lenia, quæ aluum lubricant & à ventre communes materias ducunt. Nam hoc non est crudum humorem, sed excrementa trahere. Aphorismus autem, omnem crudi attractionem prohibet, non omnem alui deiectionem. Vt igitur medicandi prohibitio, à cruditate; sic initio purgandi atque à remotis attrahendi, permissio, ab illa turgidi ratione pendet. Nomine turgentium intelliguntur tenues, biliosi, aliquam

motionem

motionem excitantes, aut aliquò erumpentes, ventrem moleſtantes, aut ſaltem non fixi, quales in morbis rarò contingunt. frequentius enim quietem habent humores, & in vna aliqua parte conſiſtunt, in qua concoquuntur toto morbi tempore vſque ad eius ſolutionem.

XXIII.

Τὰ χωρέοντα μὴ τῷ πλήθει τεκμαίρεσθαι, ἀλλ' ὡς ἂν χωρέῃ οἷα δεῖ, καὶ φέρει εὐφόρως. καὶ ὅκου δεῖ, μέχρι λειποθυμίης ἄγειν, καὶ τοῦτο ποιέειν ἢν ἐξαρκέσῃ ὁ νοσέων.

Deiectiones, non multitudine ſunt æſtimandæ, ſed ſi talia dejiciantur qualia conueniunt, & ægri facilè tolerant. Atque vbi vſque ad animi defectionem expedit ducere, faciendum, ſi æger poſſit tolerare.

Non ex copia vacuatio, ſed ex his duobus probanda eſt. ſi qualia oportet, nimirum quæ vitioſè ſe habent euacuentur, & ſi ægri facilè tolerent. Vacuationis autem modum ſtatuet etiam virtus ægrotantis, ad cuius vſque defectionem procedendum eſt interdum, vbi in maximis inflammationibus, in adurentibus febribus, & vehementiſſimis doloribus id ſuadet vſus, & vbi ſic valent vires, vt ex animi deliquio rurſus emergere facilè queant. Nam huiuſcemodi euacuationibus multos ita adiutos eſſe cognouimus, vt vel sani-

tati prorsus restituti sint, vel obtusa morbi vehementia plurimum alleuati:

XXIV.

Ἐν τοῖσιν ὀξέσι πάθεσιν ὀλιγάκις, καὶ ἐν ἀρχῇσι τῇσι φαρμακείῃσι χρέεσθαι, καὶ τοῦτο προεξευκρινήσαντας ποιέειν.

In acutis morbis, rarò: & in principiis, medicinis purgantibus vti, & hoc cum præmeditatione faciendum.

Non sine ratione dixit rarò circa principia morborum acutorum nobis in vsum venire purgationes, quoniam non sæpe turgent humores in principijs, qui præcipuam offerunt purgationis initio faciendæ occasionem. In longis quidem morbis expectanda concoctio est, sed in acutis in quibus turgent, aut saltem fixi non sunt humores, inter initia purgandum, ne morbus inualescat, dissoluantur vires, ac in partem aliquam principem decumbant humores vagi. Qua in re cùm sint multa perpendenda, tam ex modo humoris quàm dispositione corporis, meritò dixit Hippocrates, multa præmeditatione ei opus esse qui in principijs purgare tentat. Non quòd in aluo exoneranda requiratur multa præcautio, sed in parte humoris noxij velut turgentis educenda: tunc enim perpendere oportet qualis sit humor, & quatenus turgentium vel fixorum participationem habeat:

In

In corporis d spositione perpendendum, per quos meatus sint humores edu endi, an satis ill sint reserati nécne, an idoneè se habeat æger ad huiusmodi purgationem. Nam qui cruditate laborant multa, qui tenaces ac crassos cibos assump erunt, quibus est aliqua visierum inflammatio y haudquaquàm apti sunt ad pu gationes. Quibus ex causis, & quia medicamenta calida febrem augere nata sunt, suadet initio purgandum esse cum multa religione & cautela.

XXV.

Ἢν οἷα δεῖ καθαίρεσθ, καθαίρωνται, ξυμφέρει τε καὶ εὐφόρως φέρουσι· τὰ δ' ἐναντία, δυσχερῶς.

Si qualia oportet purgari purgentur, confert, & facilè ferunt: si contra, difficulter.

Est hic Aphorismus magni vsus, qui toties ab Hippocrate inculcatur, & tot locis, in 2. 22. & 23. libri primi. In 2. & 3. libri quarti: In quo, cùm aliàs purgationes, tum eas præcipuè vult intelligi quæ per inferna fiunt deiectione Nam morbi propemodum omnes initium habent à ventre inferiore, & per ventrem insignes purgationes fiunt totius corporis, & venter ipse totum hominem regit, ipsiusque moderatur habenas, ac vitæ gubernacula tenet: acceptos enim cibos conficit & per

omnia membra diuidit: ac vtili distributo, quod ex his superfluum est educit. Certè huic nihil potest offensionis accedere sine grauissimo totius corporis incommodo. Quod olim planum fecit Agrippa, confictο de membris conspirantibus in ventrem apologo.



APHORISMORVM HIPPOCRATIS Sectio II.

APH. I.

ΕΝ ᾧ νοσήματι ὕπνος πόνον ποιέει, θανάσιμον· ἢν δὲ ὠφελέῃ, οὐ θανάσιμον.

In quo morbo somnus laborem facit, mortale: si verò iuuat, non mortale.

Somnus eo tempore quo non conuenit (vt in principijs accessionum, in quibus horror vel rigor, vel exteriorum partium refrigeratio contingit) si nocet, nihil nouum, aut graue aliquid portendit, vt qui non consueuit esse tunc vtilis. verùm quo in tempore morbi plurimùm conferre solet

solet somnus, vt in declinatione, in eo (si præter id quod nihil prodest, etiam nocet) mortem non absque ratione significat. Nam per somnum calor ad intima receptus, & quantum fieri potuit auctus, cùm tamen causas morbum efficientes euincere præ imbecillitate sui aut humorum prauitate nequiuerit, ostendit quòd natura (quæ post somnum leuata non est, sed ex eo peius habet) quàm antè fortiori malo succumbit. Ex somno autem læsiones sunt, quòd febres aut non dissoluuntur, aut etiam exacerbantur, & quòd dolores intenduntur, & fluxiones multiplicantur, & crescunt inflammationes. Quidam autem inter dormiendum delira loquuntur, & vbi expergefacti fuerint, multo tempore in delirio perseuerant. Quosdam somnus grauissimus dormientes occupat, & vix cùm punguntur excitantur. Hæc verò contingunt propter humorum prauitatem, qui, dum per somnum minimè concoquuntur à calore naturali, perniciem magnam indicant. Si verò euicti fuerint à natura, & somnus iuuerit, hinc sanitatis indicium habebunt, dummodo signa alia salubria eodem conspirent.

II.

Ὅκου παραφροσύνην ὕπνος παύει, ἀγαθόν.

Vbi somnus delirium sedat, bonum.

Quoddam velut exemplum particulare subiungit antecedenti sermoni, periculosioris morbi nomine alios etiam intelligi volens: quos si somnus sedauerit, naturam victricem esse significabit.

III.

Ὕπνος, ἀγρυπνίη, ἀμφότερα τοῦ μετρίου μᾶλλον γινόμενα, κακόν.

Somnus, atque vigilia, vtrunq; si modum excesserit, malum.

Non solùm de somno & vigilia hoc verum est, sed & de admouendis, sumendis, faciendis, educendis omnibus, in quibus quicquid mediocritatem excesserit nociuum esse solet. Quemadmodum somnus longus dicitur, qui modum naturæ conuenientem excedit: ita grauis, qui præterquàm quòd immoderatus est, habet etiam difficilem expergefactionem, qualis in Comate soporifero videri potest: fit autem huiusmodi somnus refrigerato cerebro: quæ refrigeratio cùm fuerit fortis, mixta quidem humiditati, lethargicas passiones inducit: cum siccitate verò, eas quæ Catochæ seu catalepses aut deprehensiones vocantur. Cæterùm immodica vigilia, quæ vel ex sola intemperie calida cerebri, vel ex humoris biliosi abundantia cum siccitate fiunt, hoc habent mali, quòd spiritus vitales vnà cum calore naturali dissi-

dissipant, cruditates pariunt, cibi & potus coctionem impediunt.

IV.

Οὐ πλησμονὴ, οὐ λιμὸς, οὐδ᾽ ἄλλο οὐδὲν ἀγαθὸν, ὅτι ἂν μᾶλλον τῆς φύσιος ᾖ.

Non satietas, non fames, neque aliud quicquam quod modum naturæ excesserit, bonum.

Cùm sanitas moderatio quædam sit, & temperies, necesse est omnes excessus, qui plurimùm à modo recesserunt, iam ægritudines esse. Idem vult intelligi in sumendis, admouendis, faciendis, educendis omnibus quæ si modum excedant (excessu notabili) mala putanda sunt. Labor (inquit) cibus potus, somnus, venus, omnia mediocria sunto. Epidemiorum 6.

V.

Κόποι αὐτόματοι φράζουσι νούσους.

Lassitudines sponte natæ morbos prænuntiant.

Non hîc lassitudinum meminit quæ ex motionibus & laboribus fiunt, sed earum quæ sponte, hoc est, sine vllo motu corporis & animi natæ contingunt. hæ morbos prænuntiant, nimirum febres, si in toto sentiantur corpore, vel morbos partium in quibus consistant illæ lassitudines: Quippe ex ipsis, morbi causa adesse significatur. Sunt autem vtriusque lassitudinis tres species:

Prima, quæ vlcerum: Secunda, quæ tentionis: Tertia, quæ inflammationis sensum habet. Prima quidem, ex vitiatis humoribus ortum habet: Secunda, ex plenitudine: Tertia, ex vtrisque simul coniunctis: De quibus amplissimè alijs in libris disputatum est, vt hîc non sit opus repetitione.

V I.

Ὁκόσοι πονέοντές τι τοῦ σώματος, τὰ πολλὰ τῶν πόνων οὐκ αἰσθάνονται, τουτέοισιν ἡ γνώμη νοσέει.

Quicunque dolentes parte aliqua omnino dolorem non sentiunt, iis mens ægrotat.

Dolentes hîc intelliguntur habentes aliquam affectionem dolorificam: nam verè dolor non est absque sensu, quum sit planè nihil aliud dolor, quàm rei contristantis, & in contrarium naturæ habitum mutantis repentina perceptio: Quòd dormientes, si pungas, vel colaphis cædas, non doleant, ideò fit, quia eorum apprehensio id non animaduertit. Proinde in dolore sunt alteratio subita, vel solutio continui, impressio in parte quæ nata est sentire, & apprehensio illius impressionis: Vnde fit vt dolentes & non sentientes repugnantia sint, nisi intelligas dolentes, hoc est, habentes affectus dolorificos, seu qui dolores excitare consueuerunt: huiusmodi affectus si adsint,

& ab

& ab ægroto non sentiantur, ei mentem læsam esse significant.

VII.

Τὰ ἐν πολλῷ χρόνῳ λεπτυνόμενα σώματα, νωθρῶς ἐπαναστρέφειν δεῖ· τὰ δ᾽ ἐν ὀλίγῳ, ὀλίγως.

Quæ longo tempore extenuata sunt corpora, lente reficere oportet, quæ verò breui, breuiter.

Cùm solida substantia nisi longo tempore extenuari non possit, longo etiam tempore eget vt reficiatur: humida non tanto tempore eget: Spirituosa omnium minimo.

VIII.

Εἰ ἐκ νόσου τροφὴν λαμβάνων τις, μὴ ἰσχύῃ, σημαίνει ὅτι πλείονι τροφῇ τὸ σῶμα χρέεται. ἢν δὲ τροφὴν μὴ λαμβάνοντος τοῦτο γίγνηται, χρὴ εἰδέναι, ὅτι κενώσιος δέεται.

Si à morbo cibum assumens quis non corroboratur, pluri alimento corpus vti significatur: quòd si non assumenti cibum hoc accidat, scire oportet quòd indiget euacuatione.

Qui post morbi solutionem abundans alimentum sumentes cum appetitu, non possunt vires salubres recuperare, copiosiore vtuntur quàm pro ratione, & quàm vires possint conficere, vnde ex eo grauantur, & non nutriuntur. Qui verò

nec appetunt, nec quod satis est assumere possunt, vitiosos humores habent, quos nisi euacuauerint, aut missione sanguinis (si corpus est plethoricum) aut deiectione purgante (si cacochymum) fieri non potest vt sanitati restituantur. Hippocrates enim quando proportione inuicem seruata humores omnes augentur, aut alio modo peccant, missione sanguinis auxiliatur: Vbi verò vnus aliquis superabundat, aut vitiosè se habet, purgatorium dat medicamen.

IX.

Τὰ σώματα χρὴ, ὅκου ἄν τις βούληται καθαίρειν, εὔροα ποιέειν.

Corpora cùm quispiam purgare voluerit, oportet fluida facere.

Siue per vomitum siue per alui subductionem purgare velis, fluidum corpus efficiens optimè purgabis: Erit autem fluidum omnib. meatibus, per quos educenda est materia, sic reseratis, vt nulla obstructione impediti, facilè eam transmittant: humoribus autem, si fuerint in corpore crassi ac glutinosi, sic incisis, abstersis, atque extenuatis, vt quàm maximè fieri potest ad fluendum sint parati. Verùm in acutis morbis, in quibus ferè turgent humores, ista præparandi non datur occasio, nec semper etiam est necesse præparare.

Τὰ μὴ

X.

Τὰ μὴ καθαρὰ τῶν σωμάτων, ὁκόσον ἂν θρέψῃς, μᾶλλον βλάψῃς.

Non pura corpora quantò plus nutries tantò magis lædes.

Impura corpora, in quibus sunt aliquæ reliquiæ humoris corrupti per morbum, offenduntur alimento cacochymiæ familiari, vt si pituitosum pituitosis, biliosum biliosis &c. detur. Corrumpitur enim alimentum adueniens corpori malos humores habenti. Nutries, dixit, pro eo quod est largiore cibo implebis: nam nutritio propriè dicta, vacuati est repletio & perfecta assimilatio, quæ tum non fit cùm læduntur corpora nutrimento. Sunt ergo paulatim purganda, ac in purgati locum substituendus bonus cibus, sed paucus.

X I.

Ῥᾷον πληροῦσθαι ποτοῦ, ἢ σιτίου.

Facilius est impleri potu, quàm cibo.

Eadem sententia est in libello de alimento: Quicunque indigent citissima adiectione, humidum remedium ad recuperandas vires optimum est: vbi verò adhuc celeriore egent, per odores reficiuntur. Nam humida, si non ita nutriunt vt solidiora, superant tamen nutriendi celeritate, quoniam humidum vt facilius alteratur, ita promptius quoque distribuitur.

XII.

Τὰ ἐγκαταλιμπανόμενα ἐν τῇσι νούσοισι μετὰ κρίσιν, ὑποστροφὰς ποιέειν εἴωθεν.

Quæ relinquuntur in morbis à iudicatione, recidiuas facere consueuerunt.

Humorum prauorum reliquiæ, post crisim imperfectam, in putredinem conuertuntur, ac febres accendunt, aut alios morbos excitant, nisi in tempore vacuentur à medico. Qui relinquitur inter alios sophista, hæreticus, malus homo, aliis morbum afflat, & scabiem affricat, sanis contagiosus: ita morborum reliquiæ, putredine inualescente, recidiuas facere consueuerunt.

XIII.

Ὁκόσοισι κρίσις γίνεται, τουτέοισιν ἡ νὺξ δύσφορος ἡ πρὸ τοῦ παροξυσμοῦ. ἡ δὲ ἐπιοῦσα εὐφορωτέρη ὡς ἐπιτοπολύ.

Quibus iudicatio instat, iis nox, quæ accessionem præcedit, difficilis est: quæ verò subsequitur magna ex parte facilior existit.

Crisis est subita in morbis ad melius, vel ad deterius mutatio: fit autem natura separante à bonis mala, & ad excernendum præparante. Quo fit vt in tali turbatione grauiter se habeant ægri: grauitas autem hæc nocte præcedente accessionem,

sionem, clarius percipitur, quòd ea somnum interrumpi contingat, nocte verò sequente crisim perfectam, lenius habent, natura scilicet à superuacuis & molestis humoribus exonerata.

XIV.

Ἐν τῇσι τῆς κοιλίης ῥύσεσιν, αἱ μεταβολαὶ τῶν διαχωρημάτων ὠφελέουσιν, ἢν μὴ ἐς τὰ πονηρὰ μεταβάλλῃ.

In profluuiis alui mutationes excrementorum iuuant, nisi ad mala mutatio fiat.

Deiectiones versicolores per crisin excerni melius est, quàm eas in corpore retineri. Quòd si mutatio fiat ad signa coctionis, vel ad colorem eum qui sit naturali vicinus, bonum: Sin minus, contrà. Idem iudicium de vrinis, in quibus si fiat talis mutatio, vt vbi tantùm apparebat nebula, nunc appareat enaorema, ac tandem hypostasis alba, leuis, aequalis, optima est mutatio: Sin minus, contrà.

XV.

Ὅκου φάρυγξ νοσέει, ἢ φύματα ἐν τῷ σώματι ἐκφύεται, τὰς ἐκκρίσιας σκέπτεσθαι. ἢν γὰρ χολώδεες ἔωσι, τὸ σῶμα ξυννοσέει, ἢν δὲ ὅμοιαι τοῖσιν ὑγιαίνουσι γίγνωνται, ἀσφαλὲς τὸ σῶμα τρέφειν.

Vbi fauces ægrotant, aut tubercula nascuntur in corpore, excretiones inspicere

oportet: Nam si biliosæ fuerint, corpus vnà ægrotat: Si verò similes sanis, tutum est corpus nutrire.

Ore, aphthis aut alijs vlceribus afflicto, vel tuberculis in corpore natis, excretiones inspicienda sunt: Nam si biliosa fuerint aut atrabilaria, aut etiam phlegmatica, significant non tantùm ad cutem hærere ipsos humores prauos, sed & intus esse. Quocirca purgationi tum potius insistendum quàm nutritioni, quoniam impura corpora quò magis nutries eò magis lædes. Si verò excretiones sint sanis similes, tunc significant naturam omnes prauos humores ad cutem expulisse, ac nihil intus reliquisse mali. Quare sine periculo corpus huiusmodi vitiosis humoribus vacuum nutriemus.

XVI.

Ὅκου λιμὸς, οὐ δεῖ πονέειν.

Vbi fames, laborandum non est.

Est hic sermo communis ad sanos & ægros, sanis enim non sunt præcipienda exercitia simul cum inedia, neque etiam ægris aliquis vehementior motus adhibendus eo die quo cibi abstinentia imperari debet, neque sanguinem mittere oportet, neque citare vomitum, neque purgare, neque multa vti frictione, neque aliquo forti motu. Motus siquidem huiusmodi vires dissol-

unt

uunt vbi cibus defuturus est. E diuersò dici potest, vbi laborandum, esuriendum non est.

XVII.

Ὅκου ἂν τροφὴ παρὰ φύσιν πλείων ἐσέλθῃ, τὴν νοῦσον ποιέει. Δηλοῖ δὲ καὶ ἡ ἴησις.

Vbi cibus præter naturam plus ingestus est, hic morbum facit: ostendit autem sanatio.

Plus cibi quàm natura modo conueniat, repletio nominatur: plus autem in corporibus duplex est, vnum, quantum ad vasorum capacitatem, alterum, ad vires seu ad illam quæ nos gubernat naturam; de quo intelligens Hippocrates, dixit excedentem cibum id est, grauantem vires, esse præter naturam, & morbum subinde generare: Nam cibo supra modum ingesto, vbi adhibita euacuatione ægrotus leuabitur, argumento erit morbum ex cibi multitud ne fuisse ortum. Euacuationem autem dicere consueuit Hippocrates, quando humores omnes æqualiter vacuantur, quod potissimùm fit venæ sectione: purgationem autem, quando praua affecti qualitate educuntur, medicamento proprio, quod humores peccantes solos natum est educere.

XVIII.

Τῶν τρεφόντων ἀθρόως καὶ ταχέως, ταχεῖαι καὶ αἱ διαχωρήσιες γίγνονται.

Eorum quæ vniuersim, & velociter nutriunt, veloces quoque fiunt excretiones.

Omnia qua paruo post assumptionem tempore, & velociter nutriunt, velocem etiam habent excretionem: sed qua contrariam naturam habent, ea tardè excernuntur. Nam vna quaque pars proprium sibi ex cibis alimentum nata est attrahere, & sibi apponere: mox vbi fuerit saturata, tunc ipsos emittere ad excretionem. Siquidem vbi id completum est, cuius gratia retentrix facultas erat vsui, succedit expultrix, qua quod reliquum est expellit foras.

XIX.

Τῶν ὀξέων νοσημάτων οὐ πάμπαν ἀσφαλέες αἱ προδιαγορεύσιες, οὔτε τοῦ θανάτου, οὔτε τῆς ὑγείης.

Acutorum morborum non omnino tutæ sunt prædictiones, neque salutis, neque mortis.

Acuti morbi quos magna ex parte comitantur febres continua, præterquàm quòd celerrimè iudicantur, statim etiam magnitudinem habent: fiunt vel ex humoribus calidis nullum certum obsidentibus locum, vel in loco certo patiente fiunt, vt pleuritis, peripneumonia, synanche. Morbi verò longi à crassis, lentis, & frigidis humoribus facti, in patientibus partibus impacti

sunt

ſunt atque fixi, qui, quia cauſam habent non adeò mobilem, prædictiones in his ſunt tutiores: In acutis verò non omnibus certæ ſunt, verùm aliquando falli præcognitionem fatetur Hippocrates, ob ſubitas quæ in his contingunt mutationes. Et quia humor noxius ſæpe ex vno loco transfertur ad alterum, de parte ignobili ad principem, & de principe ad aliam fertur: hæc eſt cauſa propter quam multi reualeſcunt, quos morituros medicus prædixit: & multi moriantur, quos minimè morituros exiſtimauit: huius autẽ rei cauſa eſt humor noxius ſic errabundus, vnde prognoſtici falſitas contingit. Quo fit vt in his non temerè ſit de morbi exitu pronunciandum.

XX.

Ὁκόσοισι νέοισιν ἐοῦσιν, αἱ κοιλίαι ὑγραί εἰσι, τουτέοισιν ἀπογηράσκουσιν ξηραίνονται. ὁκόσοισι δὲ νέοισιν ἐοῦσιν, αἱ κοιλίαι ξηραί εἰσι, τουτέοισι πρεσβυτέροισι γινομένοισιν ὑγραίνονται.

Quibus iuuenibus adhuc aluus humecta eſt, iis ſeneſcentibus exſiccatur: quibus verò iuuenibus adhuc aluus ſicca eſt, iis ſeneſcentibus humectatur.

Qui aluos habent natura humidiores, magna ex parte ſit, ijs ſeneſcentibus, ad contraria tranſ-

mutatio: qui verò sicciores, ijs eadem victus ratione seruata, fient in senectute humidiores, propter contrarias iuuenum & senum temperaturas. Vel quia minus cibi assumitur in senectute quàm potentia hepatis congruat, vel quia parum bilis confluit ad aluum, vel quia retentrix facultas est robusta, expultrix imbecilla, excrementa siccantur. Quibus verò ob innatam siccitatem facultas retentrix fortior extiterat, ijs senescentibus fiet imbecillior, & ea ratione excrementa humectabuntur, quoniam expultrix valens est, retentrice imbecilla non remorante fluxum ciborum. Quod etiam ob hepatis refrigerationem accidere potest, vel ob multæ bilis affluxum ad intestina, quæ ea sollicitat, & ad excretionem inuitat.

XXI.

Λιμὸν θώρηξις λύει.

Famem vini potio soluit.

Fames, non omnis, sed vehemens, implacata ciborum appetentia, dicta canina fames, suctus continuus oris ventriculi ab intemperie frigida: hæc meri potu soluitur. Vinum enim generosum (si præsertim post edulia pinguia offertur) innatans, quia longiore tactu calefacit, emendat intemperiem illam frigidam, unde famem excitatam sedat.

A'πὸ

XXII.

Ἀπὸ πλησμονῆς ὁκόσα ἂν νοσήματα γίνηται, κένωσις ἰῆται. καὶ ὁκόσα ὑπὸ κενώσιος, πλη-πλησμονή. καὶ τῶν ἄλλων ἡ ὑπεναντίωσις.

Quicunque morbi ex repletione fiunt, curat euacuatio. Et quicunque ex euacuatione, repletio; & aliorum contrarietas.

Quòd quidem multitudo morbum efficiat, antea dictum est: quòd autem euacuatio sit eius curatio, cùm id vnicuique manifestum sit, non est opus dicere, sicuti neque de omnibus aliỹs causis quæ morbos committunt, quod per contraria curentur.

XXIII.

Τὰ ὀξέα τῶν νοσημάτων κρίνεται ἐν τεσσαρεσκαίδεκα ἡμέρῃσι.

Acuti morbi intra quatuordecim dies iudicantur.

Acuti morbi simpliciter, quia magni sunt, & ad suum vigorem celeriter properant, magnas, & subitò faciunt permutationes: in quibus si ad melius, vel ad sanitatem mutatio repente fiat, superante natura perniciem imminentem ab eo qui morbum committebat humore, bona iudicatio dicitur ab Hippocrate: si verò ad deterius, vel ad mortem fiat, natura vi prostrata, mala. Terminum autem istius iudicationis definit se-

cundam ſeptimanam, ita vt non vltra decimum quartum diem prorogetur, licet illum diem anticipare poſſit. Sunt alij quidem, ſed non ſimpliciter acuti, quos interpretes nonnulli, ex decidentia vocant. Hippocrates in prognoſt. hos dicit acutos, qui in quadraginta diebus iudicantur.

XXIV.

Τῶν ἑπτὰ αἱ τετάρτη ἐπίδηλος. ἑτέρης ἑβδομάδος ἡ ὀγδόη ἀρχή. θεωρητὴ δὲ ἑνδεκάτη, αὕτη γὰρ ἐστὶ τετάρτη τῆς ἑτέρης ἑβδομάδος. θεωρητὴ δὲ πάλιν ἡ ἑπτακαιδεκάτη. αὕτη γὰρ ἐστὶ τετάρτη μὲν ἀπὸ τῆς τεσσαρεσκαιδεκάτης, ἑβδόμη δὲ ἀπὸ ἑνδεκάτης.

Quartus dies ſeptenorum eſt index, octauus alterius ſeptimanæ principium exiſtit: eſt verò & vndecimus contemplabilis: Ipſe enim quartanus eſt alterius ſeptimanæ: contemplabilis rurſus decimuſeptimus, quippe quartus eſt à quarto decimo, ſeptimus verò ab vndecimo.

Indices & contemplabiles dies nominat, quòd ſequentes dies decretorios, quales futuri ſint, qualé ve habebunt mutationes, aut criſes, indicent. In diebus autem (quoniam ſeptenario circuitui magna vis ineſt in iudicando; quartanario verò in demonſtrando) fit vt quartus, dies ſeptimi; vndecimus, decimi quarti; decimus ſeptimus,

vige-

vigesimi; vigesimus quartus, vigesimi septimi; & sic deinceps, à quartanario ad septenarium procedendo, fit index. Cæterùm alij inter iudicatorios & indices, dies intercidentes dicuntur, in quos, non nisi erratis quibusdam interuenientibus, crises transferuntur. Quippe in ijs, non naturæ motu ac impulsu, sed morbi magis malitia, aut extraneo aliquo impellente, indicationes fiunt: hinc est quòd à nonnullis prouocatorij nominentur, quòd nimirum in ijs natura, non sua sponte, sed prouocata pugnam contra noxios humores adoriatur.

XXV.

Οἱ θερινοὶ τεταρταῖοι τὰ πολλὰ γίνονται βραχέες. οἱ δὲ φθινοπωρινοὶ μακροὶ, καὶ μάλιστα οἱ πρὸς τὸν χειμῶνα συνάπτοντες.

Æstiuæ quartanæ magna ex parte breues sunt, Autumnales verò longæ, præsertim quæ Hyemem attingunt.

Non solùm quartanæ breues Æstate fiunt, sed & ægritudines aliæ, propterea quòd humores vitiosi ambientis calore per vniuersum corpus fusi, promptè discutiantur, meatibus totius corporis patefactis. Quibus igitur vires validæ sunt, noxijs humoribus euacuatis, ij citò reualescunt à morbo: quibus verò sunt imbecilles vires, vnà cum euacuatione humorum ipsæ dissoluun-

tur ac ægri intereunt. Quare non ſine ratione morbi Æſtate longi non ſunt. Sicuti verò Æſtate diſcuti humores, & vires diſſolui contingit, hoc eſt, ægros ſanitati reſtitui, aut citò interire: ita Hyeme contraria eueniunt, vt & humores intus remaneant meatibus corporis frigore occluſis, & vires ſeruentur robuſtæ. Neque igitur morbi ſoluuntur manentibus ijs qui eos efficiunt humoribus, neque ægri moriuntur viribus interim ſufficientibus.

XXVI.

Πυρετὸν ἐπὶ σπασμῷ βέλτιον γενέσθαι, ἢ σπασμὸν ἐπὶ πυρετῷ.

Febrem conuulſioni superuenire melius eſt, quàm febri conuulſionem.

Cum ſanum aliquem repentè conuelli acciderit, huiuſcemodi conuulſionem fieri ex repletione partium neruoſarum eſt neceſſarium. Etenim nerui replentur frigidis & glutinoſis humoribus, vnde contracti verſus originem ſuam nobis nolentibus conuulſionem patiuntur. Hiſce igitur febris ſponte naturæ ſuperueniens ſolita eſt magna ex parte calfacere, extenuare, digerere ſuperfluam humiditatem, atque adeo conuulſionem ipſam ſanare, affectus affectum. Si verò ex febribus ardentibus totum corpus exſiccetur, & neruis deinde ex ſiccitate conuulſio accidat, hoc maximum eſt malum, & penè inſanabile, quoniam lon-

longum tempus exigitur ad consummatam neruorum siccitatem remouendam: quinimo habitualis humiditas, si semel absumpta fuerit, vix vnquam recuperari potest: morbi autem acerbitas inducias non admittit, sed vires dissoluit, & subitum exitium affert.

XXVII.

Τοῖσι μὴ κατὰ λόγον κουφίζουσιν οὐ δεῖ πιστεύειν, οὐδὲ φοβεῖσθαι λίην τὰ μοχθηρὰ γινόμενα παραλόγως. τὰ γὰρ πολλὰ τῶν τοιούτων ἐστὶν ἀβέβαια, καὶ οὐ πάνυ τοι διαμένειν οὐδὲ χρονίζειν εἴωθεν.

His quæ non ex ratione leuant, confidere non oportet, neque admodum formidare mala quæ præter rationem eueniunt. Plurima enim horum instabilia & infirma sunt, nec perseuerare aut diutius durare consueuerunt.

Cùm morbus vehemens subitò cessat & remittitur, idq; neque per sudorem aut vomitum, neque per alui deiectionem aut profluuium sanguinis, corpore euacuato, ac nec apparente quidem vllo coctionis signo, existimat talem morbi remissionem infidam esse, & minimè securam. vt pote quæ deterius quiddam in posterum comminetur. Mala verò quæ in morbis præter rationem accidunt, vt spirandi difficultas, delirium, rigor, febris, non admodum formidanda sunt, nam hæc quoque stabilia non sunt, tantum q; abest vt ma-

lum aliquod significent, vt etiam futuram breui tempore morbi iudicationem ostendant, praesertim vbi prius signa coctionis apparuerint.

XXVIII.

Τῶν πυρεσσόντων μὴ παντάπασιν ἐπιπολαίως τὸ διαμένειν καὶ μηδὲν ἐνδιδόναι τὸ σῶμα, ἢ καὶ συντήκεσθαι μᾶλλον τοῦ κατὰ λόγον, μοχθηρόν. τὸ μὲν γὰρ μῆκος νούσου σημαίνει, τὸ δὲ ἀσθένειαν.

Corpus eorum qui non omnino leuiter febricitant, perstare & nihil comminui, aut magis quàm ratio expostulet extenuari, malum. Alterum enim diuturnitatem morbi, alterum imbecillitatem significat.

Febricitantium non omnino leuiter, id est, grauiusculè, & velut media quadam febre inter mittem admodum ac vehementem, corpus permanere, & nihil minui neque collabi, vel plusquàm magnitudo morbi postulat contabescere, malum. Nam quòd tale permaneat id ex densitate cutis accidit & crassitie humorum, & propterea longitudo morbi significatur: quòd autem contabescat nimis, id contingit ob humorum tenuitatem, aliquando & cutis raritatem, aliquando verò & ob solam virium imbecillitatem, quae magna ex parte cutis & humoris tenuitatem consequitur: tum enim celerrimè corpora emaciantur & euacuantur per eam quae difflatio insensibilis nominatur.

Ἀρχό-

XXIX. XXX.

29 Ἀρχομένων τῶν νούσων ἤν τι δοκέῃ κινέειν, κίνει. ἀκμαζουσῶν δὲ ἡσυχίην ἔχειν βέλτιόν ἐστιν.

Cùm morbi inchoant, ſi quid videtur mouendum, moue: cùm verò conſiſtunt ac vigent, melius eſt quietem habere.

30 Περὶ τὰς ἀρχὰς καὶ τὰ τέλη πάντα ἀσθενέστερα, περὶ δὲ τὰς ἀκμὰς ἰσχυρότερα.

Circa initia & fines omnia imbecilliora, circa ſtatum verò fortiora.

Cùm humores in aliqua corporis parte fixos atque formatos ante coctionem mouendos eſſe vetuerit, non abs re conſuluit hîc vt ſi expediat, & ſi quid initio mouendum appareat, moueamus; non ſemper inter morborum initia humores mouendi libertatem concedens, ſed tum ſolùm cùm turgent, aut ſaltem fixi non hærent. Quod certè non impedit quominus initio aluum ducas glande, clyſtere, vel leui pharmaco quod lubricando non fortiter attrahendo purget, vt ab excrementorum onere leuentur inteſtina, & alijs ſuccis educendis reddantur paratiora. Hæc leuis inanitio, quæ vacuatio crudorum non eſt, ſed excrementorum, prodeſt interim ad maiora: nam ſi quid noxij humoris circunſtat,-

*etiam educitur & omnibus his meatibus resera-
tis sæpissime per quandam sequelam ex superio-
ribus partibus aliquid emittitur, ut 2. de compo-
sitione medicamentorum secundum locos & 12.
methodi traditum est de clystere, qui etiam ex
mesenterio & simis hepatis frequenter educit. Rei
summa in hoc sita est, ut cùm nobis non desint
medicamenta clementia, antiquis etiam ignota,
liceat initio morbi purgare eo pharmaco, cuius
vis ex ea parte non attrahat in qua hæret aliqua
cruditas, & præsertim à mesenterio & iocinore:
nam primarum venarum cruditas, quamuis alia
omnis, hac tamen est quæ pharmacum maximè
detestatur. Quare sicuti turgens humor, & qui
turgentis nomine potest intelligi, tenuis, sincerus,
pestilens, mobilis, deorsum vergens, quiescere non
permittens, & quicunque à crudis longius rece-
dit, mox educi cum præmeditatione potest: ita
crassus & fixus educendus in principio non dice-
tur, ideo quia prius extenuari & incidi debebit,
& morbi coctio expectari. Medicus itaque, si quid
initio mouendum esse duxerit, vel missione san-
guinis, vel purgantibus medicamentis id moueat,
in memoria semper habens, quòd desperatos at-
tingere non oportet. In vigore autem ab omni re-
medio abstineat. Nã in statu symptomata omnia
cùm sint acerbissima & natura sit intenta morbo
profligando, ea medicamentis auocanda non est
ab instituto.*

XXXI.

Τῷ ἐξ ἀῤῥωστίης εὐσιτέοντι μηδὲν ἐπιδιδόναι τὸ σῶμα, μοχθηρόν.

Eius qui ex ægritudine benè cibatur, nihil proficere corpus, malum.

Quod corpus eius qui à morbo cibum capit, non proficit nec euadit carnosum, vegetum, floridum, hoc fit ex facultatis imbecillitate, vel ex malorum humorum superabundantia.

XXXII.

Ὡς τὰ πολλὰ πάντες οἱ φαύλως ἔχοντες, κατ' ἀρχὰς μὲν εὐσιτέοντες, καὶ μηδὲν ἐπιδιδόντες, πρὸς τῷ τέλει πάλιν ἀσιτέουσιν· οἱ δὲ κατ' ἀρχὰς μὲν ἀσιτέοντες ἰσχυρῶς, ὕστερον δὲ εὐσιτέοντες, βέλτιον ἀπαλλάσσουσιν.

Omnes fere qui malè se habent circa initia cupidè comedentes, nec quicquam proficientes, ad postremum rursus cibum non appetunt: qui verò circa initia cibum valde fastidiunt, postea benè appetentes, ij in melius euadunt.

Quidam soluti morbo benè appetunt, qui si corroborantur, bonum: sin minus, vel facultas nutrix imbecilla est, vel abundant humores noxij, vel plenius quàm pro naturæ modo cibantur. Quidam non appetunt, quia natura longa pugna fatigata, quiete gaudet magis quàm alimento: Quod ex longo itinere fessis vsu venit, paulatim

tamen comedentes corroborantur & reualescunt. Quòd si perseueret deiecta appetentia, significantur reliquiæ humorum vacuandorum.

XXXIII.

Ἐν πάσῃ νούσῳ τὸ ἐρρῶσθαι τὴν διάνοιαν, καὶ εὖ ἔχειν πρὸς τὰς προσφορὰς, ἀγαθόν· τὸ δὲ ἐναντίον, κακόν.

In quouis morbo mente constare, & bene se habere ad illa quæ offeruntur, bonum: contrà verò se habere, malum.

Ex constantia mentis significantur omnia sana esse quæ circa cerebrum sunt; sicut ex promptitudine quadam ad ea quæ offeruntur, coniectura fit de ijs quæ ad ventrem attinent, & hepar, & cor. Sic se res habet: In ijs omnibus in quibus æger parum recessit à consuetudine naturali per morbum, siue in apprehensione & ratiocinatione, siue in appetitu cibi, in colore, vigore, siue in alijs omnibus consuetis, melius est quàm si multus fiat recessus. Omnes enim morbi iudicantur quanti sint, aut quales, ex recessu à natura.

XXXIV.

Ἐν τῇσι νούσοισιν ἧσσον κινδυνεύουσιν οἷσιν ἂν οἰκείη τῆς φύσιος, καὶ τῆς ἡλικίης, καὶ τῆς ἕξιος, καὶ τῆς ὥρης ἡ νοῦσος ᾖ μᾶλλον, ἢ οἷσιν ἂν μὴ οἰκείη κατά τι τουτέων.

In

In morbis minus periclitantur, quorum naturæ, habitui, aut ætati, aut tempori, magis cognatus est morbus, quàm quibus nulli horum cognatus est.

Omnis morbus calidus, frigidus, humidus, siccus, ægri temperaturæ conueniens, aut ætati, aut habitui, aut tempori, ideo minus habet periculi, quia cùm minus recedit à statu naturali, ad eum faciliorem regressum fieri permittit. Vt perniciosa mala sunt quæ sunt dissimilia, ob idq; maiori de causa prouenerunt: ita minus malum putandum est, quod accommodatum naturæ facilè irrepserit: curatur enim facilius quod ex causa prodijt leuiore. Quibus efficitur vt duarum febrium ardentium magnitudine parium, ea quæ iuueni contigerit Æstate, sit multò minus periculosa, quòd ætati congruat & tempori: Quæ verò seni & Hyeme, calidissima frigidissimo, & per tempus frigidissimum acciderit, hæc vt sit maximè perniciosa necesse est, quòd scilicet excitari non potuerit nisi à maxima & vehementissima causa.

XXXV.

Ἐν πάσῃσι τῇσι νούσοισι τὸ περὶ τὸν ὀμφαλὸν καὶ τὸ ἦτρον πάχος ἔχειν βέλτιόν ἐστι. τὸ δὲ σφόδρα λεπτὸν καὶ ἐκτετηκὸς, μοχθηρόν. Ἐπισφαλὲς δὲ τὸ τοιοῦτον καὶ πρὸς τὰς κάτω καθάρσιας.

In omnibus morbis partes quæ ad vmbilicum, & imum ventrem sunt crassiores esse melius est: plurimum verò extenuari, & contabescere, prauum. Ad purgationes etiam quæ per inferna fiunt, hoc idem tutum non est.

Hypochondria optimum est absque dolore esse, & mollia, & æqualia. In his autem quæ carnosa sunt & crassa, hæc meliora sunt: Quæ verò tenuia, mala: & tanquàm signa, & tanquàm causa. Signa enim sunt partium, quæ contabuerunt, imbecillitatis: caussæ verò, quòd ciborum concoctio bona non fiat in ventre, neque sanguificatio in hepate. Nam à crassitie abdominis calor natiuus augetur, à quo partes subiectæ calfactæ cibum benè concoquunt, & bonum generant sanguinem. Porrò qui easdem partes colliquatas & extenuatas habet, non sustinet inferiores purgationes. Oportet enim omnes quæ infrà thoracem sunt partes robustas esse, vt benè purgationibus seruiant: alioqui magna incommoda patiuntur à vi medicamentorum.

XXXVI.

Οἱ ὑγιεινῶς ἔχοντες τὰ σώματα, ἐν τῇσι φαρμακείῃσι καθαιρόμενοι ἐκλύονται ταχέως, καὶ οἱ πονηρῇ τροφῇ χρεόμενοι.

Qui

Qui sanitate corporis fruuntur medicamenta assumentes, statim exoluuntur, & qui prauo vtuntur cibo.

Qui partes similares & organicas temperatas, & ob id actiones omnes inculpatas habet, si medicamentum validum sumit, syncope prahendi solet, viribus exolutus: quoniam medicamentum cùm non inuenit humorem sibi familiarem in homine temperato redundantem, necessariò & quasi tyrannicè trahit eum qui cum sanguine mistus, vnà cum alijs, essentiam hominis constituit. Itidem qui prauo vtuntur cibo, & ob id laborant cacochymia, si affatim purgentur, viribus exoluuntur, propter malorum humorum superabundantiam, qui, cùm acres sint & mordaces, transitu suo molestiam inferunt, & tandem animi defectum. Quare paulatim educendi sunt humores noxij, & boni vicissim apponendi per epicrasin.

XXXVII.

Οἱ εὖ τὰ σώματα ἔχοντες, φαρμακεύεσθαι ἐργώδεες.

Qui benè valent corpore, difficulter ferunt medicationes.

Nam & vertigines, & tormina, & syncopas patiuntur, & exoluuntur, & difficulter omninò his purgatio procedit, qui commoderato sunt corpore. Fiunt autem hæc omnia medicamento pro-

prium quidem humorem attrahere appetente, vt flauum bilem, vel atram, vel pituitam, vel aquosam superfluitatem: qui, quia non adest peccans in corpore symmetro, absumit sanguinem, & carnes colliquat, vt ex ipsis proprium attrahat humorem.

XXXVIII.

Τὸ σμικρῷ χεῖρον καὶ πόμα καὶ σιτίον, ἥδιον δὲ, τῶν βελτιόνων μὲν, ἀηδεστέρων δὲ, μᾶλλον αἱρετέον.

Parum deterior potus aut cibus, suauior autem, melioribus quidem, sed minus suauibus, est præferendus.

Hæc sententia vera est, non in cibo tantùm & potu, sed omnibus sumendis, admouendis, faciendis, educendis: vt medicus gratificetur ægro in eo in quo delectatur, & cui consueuit modò ne multùm recedatur ab eo quod secundum rationem faciendum est. Nam quæ cum voluptate sumuntur, ea ventriculus amplexatur auidius, & magis concoquit: sicut illa quæ displicent refugit, vnde nausea, flatus, & fluctuationes subsequuntur.

XXXIX.

Οἱ πρεσβῦται τῶν νέων τὰ μὲν πολλὰ νοσέουσιν ἧσσον. ὅσα δ᾽ αὖ αὐτέοισι χρόνια νοσήματα γίνηται, τὰ πολλὰ ξυναποθνήσκει.

Senes magna ex parte minus quàm iuuenes ægrotant: diuturnis verò morbis correpti commoriuntur.

Senes quia diligentes sanitatis suæ custodes prudentius viuunt quàm iuuenes, qui sunt intemperantes, magna ex parte minus ægrotant. Sed id acceptum referre debent optimæ victus rationi, non dispositioni senili, quæ natura ita morbosa est, vt Poëtæ Comico sit senectus ipsa morbus, & permulti senectutem morbum naturalem, alij morbum insanabilem esse non immeritò dixerint. Quòd verò multi morbis diuturnis commoriantur, quales sunt raucedines, & grauedines, aliijq; huiusmodi morbi frigidi, clarum est, siquidem & calor est paucus, & facultas imbecillis, ita vt morbos frigidos concoquere non possit. In hos autem facilius incidunt senes, quoniam omnes congruentibus naturæ suæ morbis facilius corripiuntur: & minus in his periclitarentur per sententiam præcedentis Aphorismi: ac re vera minus periclitantur, quàm in calidioribus morbis. Sed cùm non possint illos concoquere, propter caloris inopiam, & virium imbecillitatem, diutius ægrotant.

X L.

Βράγχοι καὶ κόρυζαι τοῖσι σφόδρα πρεσβύτῃσιν οὐ πεπαίνονται.

Raucedines, & grauedines in valde senibus coctionem non admittunt.

Raucedines & grauedines quæ sunt destillationes; illæ quidem à capite ad fauces, hæ verò ad nares, coctionem vix admittũt in valde senibus, propter caloris naturalis imbecillitatem, & virium: sed ipsos senes ferè comitantur ad mortem, vt alia morborum genera quæ ex frigidis humoribus ortum habent, tusses, asthmata, nephritis, arthritis, coxendicum dolores, &c.

X L I.

Οἱ ἐκλυόμενοι πολλάκις καὶ ἰσχυρῶς ἄνευ φανερῆς προφάσιος, ἐξαπίνης τελευτῶσι.

Qui frequenter ac fortiter absque causa manifesta animo deficiunt, derepente moriuntur.

Non omnes qui deficiunt animo, repentè moriuntur, nisi sæpius hoc patiantur, & fortiter, & sine causa manifesta. Nam mulier, longum in balneo tempus commorata frequenter animo deficiebat, ob temporis diuturnitatem: Alteri idem accidebat si per horam lauabatur, nisi aliquid panis assumpsisset: quibus os ventriculi debile erat, aut exactissimo sensu præditum. Verùm non erat hoc mortis signum, cùm causam haberet manifestam. Sed qui ex nulla tali causa sæpius ac for-

ac fortiter animo deficiunt, ij, ob virtutis vitalis imbecillitatem, hoc patiuntur. Etenim quibus robur vitale infirmum est, animi verò affectiones ob imperitiam fortes, ijs animæ essentia facilè dissolui potest. Cæterùm vt proprio affectu cor laborare solet, quem cardiaca syncope consequitur, sic ex stomachi vitio syncope eos affectus insequitur quibus os ventriculi (stomachum nonnulli appellant) infestatur. Porrò vtriusque partis, tum oris ventriculi, tum cordis, hæ dispositiones, aut à forti duntaxat intemperie, aut venenoso humore, nonnunquam ab erysipelate, aut inflammatione, aut alio quopiam præter naturam tumore fieri solent: quas interdum mors repentina comitatur.

XLII.

Λύειν ἀποπληξίην ἰσχυρὴν μὲν ἀδυνατον, ἀσθενέα δὲ οὐ ῥηΐδιον.

Soluere apoplexiam fortem, impossibile: debilem verò, non facile.

Hic Aphorismus est prognosticus, docens medicum, ne temerè curationem eius apoplexiæ attentet, quæ curari non potest. In apoplexijs totum corpus sensu priuatur, & motu, solus restat anhelitus, qui si & ipse prohibeatur, maxima est apoplexia, quæ curationem non admittit: nam vitæ

consistere non potest sublata respiratione. Omnes autem apoplexiæ fiunt vi animali non potente defluere ad partes infra caput existentes, idque aut propter aliquam dispositionem similem inflammationi, quæ in ipso est cerebro constituta, aut ventriculis ipsis oppletis humore pituitoso. Verùm causæ magnitudinem, morbi etiam magnitudo consequitur. Magna siquidem vel parua læsio respirationis vehementem arguit, vel leuem apoplexiam: atque illi quidem nulla salus, huic autem etsi aliqua, non potest tamen nisi dubia promitti.

XLIII.

Τῶν ἀπαγχομένων καὶ καταδυομένων, μηδέπω δὲ τεθνηκότων, οὐκ ἀναφέρουσιν οἷσι ἂν ἀφρὸς ᾖ περὶ τὸ στόμα.

Qui ſtrangulantur & moriuntur, nondum tamen mortui ſunt, non redeunt ad vitam quibus ſpuma circa os fuerit.

Qui à causa vel externa, vel interna strangulantur, nondum tamen viribus omnibus priuati, rarò ad sanitatem redeunt qui spumante ore conspiciuntur. Spuma enim pulmonis violentiam significat, quam patitur, dum animal suffocatur.

Oi

XLIV.

Οἱ παχέες σφόδρα κατὰ φύσιν, ταχυθάνατοι γίγνονται μᾶλλον τῶν ἰσχνῶν.

Qui natura admodum obesi sunt, celerius moriuntur quàm qui graciles.

Est habitudo corporis à prima confirmatione mediocris, duæ sunt extrema, obesorum & extenuatorum: Sed excessus ad crassitiem. peior est eo qui est ad gracilitatem, nam graciles habent venas latiores, & in his plus sanguinis, ac ideo plus caloris & spiritus, & ita sunt viuaciores: hoc tamen habent incommodi, quòd adipis munimento destituti à causis exterioribus, vento, aqua frigore, & similibus promptius offendantur. Obesis autem, quia paucus est sanguis & spiritus, citò ipsis, vel paruam ob causam, calor natiuus extinguitur.

XLV.

Τῶν ἐπιληπτικῶν τοῖσι νέοισιν ἀπαλλαγὴν αἱ μεταβολαὶ μάλιστα τῆς ἡλικίης. καὶ τῶν τόπων, καὶ τῶν βίων ποιέουσι.

Quicunque iuuenes morbo comitiali laborant, mutatione maximè ætatis, & temporum, & locorum, & victuum quoque liberantur.

Quia iuuentus, cùm mutatur, cedit ætati consistentiæ, quæ minus calida est, & ob id ineptior ad superandum humorem illum frigidum & crassum, legatur in textu: Quicunque pueri, non iuuenes: Succedit enim pueritiæ iuuentus multò calidior. Neque verò mutationes qualibet morbum soluunt comitialem, sed quæ calidiorem & sicciorem corporis habitum efficiunt, quæ nimirum ad contrarium transferunt. Morbus enim comitialis proximus est quodammodo apoplexiæ, cùm idem locus in vtroque patiatur, & idem humor in causa sit, frigidus enim & crassus est humor ambobus. Verùm apoplexia ob omnimodam carentiam illius potentiæ, quæ ad neruos defluit, vnde abolitio sensus & motus: Epilepsia verò, propter motum vitiosum (neruorum principio seipsum quatiente, quò id quod noxium est excutiat) generatur. Ætatis ergo, locorum, temporum, & victuum mutationes ad contrarium, liberant huic malo obnoxios pueros: quia contraria contrarijs curantur.

XLVI.

Δύο πόνων ἅμα γινομένων, μὴ κατὰ τὸν αὐτὸν τόπον, ὁ σφοδρότερος ἀμαυροῖ τὸν ἕτερον.

Duobus doloribus simul factis, non eodem loco infestantibus, vehementior alterum obscurat.

Si duo

Si duo dolores eodem tempore, eodemq; in loco molesti sint, ij quidem augent loci afflictionem, cùm neuter lateat ægrotantem: Si verò sint in locis diuersis simul, vt in capite vnus, alter in brachio, tunc vnum ab altero obscurari contingit, cùm vis sensibilis tota ad vehementiorem ducatur ac distrahatur. hinc tacitè monemur, vt quando res ita contigerit, vrgentiori succurramus dolori, non neglecto tamen altero.

XLVII.

Περὶ τὰς γενέσιας τοῦ πύου οἱ πόνοι, καὶ οἱ πυρετοὶ συμβαίνουσι μᾶλλον ἢ γενομένου.

Dum pus conficitur, dolores accidunt magis quàm iam confecto.

Dum pus conficitur, dolores ac febres accidunt ex quadam veluti ebullitione, atque exustione sanguinis, in extenta simul ac calefacta præter naturam inflammata particula; qui vbi ex toto exustus fuerit, residuum eius fit pus, quemadmodum ex lignorum exustione cinis: atq; ideò tempore illo dolores sedantur, ac febres, præsertim, cùm pus fuerit excretum, vtpote iam consumpta quidem materia, extincta autem ignea caliditate.

XLVIII.

Ἐν πάσῃ κινήσει τοῦ σώματος, ὁκόταν ἄρχηται πονέειν, τὸ διαναπαύειν εὐθὺς, ἄκοπον.

In omni corporis motu, quum fatigari cœperit, quies confestim lassitudinis est remedium.

Vt alia omnia suis contrarijs sumantur, sic etiam fatigatio, quam ex valido motu contraximus, quiete. Nam, vt est apud Poëtam,

Hæc reparat vires, fessaq; membra leuat.

XLIX.

Οἱ εἰθισμένοι τοὺς συνήθεας πόνους φέρειν, κἂν ὦσιν ἀσθενέες ἢ γέροντες, τῶν ἀσυνήθων ἰσχυρῶν τε καὶ νέων ῥᾷον φέρουσι.

Qui consueti labores solitos ferre, etsi inualidi sunt aut senes, facilius ferunt quàm qui non sunt assueti, quamuis robusti & iuuenes.

Magna vis est consuetudinis: nihil enim vbiq; tam difficile est & arduum, quod in familiaritatem non perducat assidua meditatio. Vnde fit vt alij terram fodiant, aut arent; alij remigent, & facilius & iucundius ij videlicet quibus id sæpe vsu venit. Nam exercitio robur, & consuetudine voluptas ad agendum acquiritur. Quod Poëta significauit: Quod malè fers, assuesce, feres benè: cuncta vetustas lenit.

Τὰ ἐκ

I.

Τὰ ἐκ πολλοῦ χρόνου συνήθεα, κἂν ᾖ χείρω, τῶν ἀσυνήθων ἧσσον ἐνοχλεῖν εἴωθε. δεῖ οὖν καὶ ἐς τὰ ἀσυνήθεα μεταβάλλειν.

Quæ longo tempore assueta sunt, etiam si deteriora sunt, minus iis quæ insueta sunt molestare consueuerunt: Conuenit igitur etiam ad insueta permutari.

Hic aphorismus de consuetis omnibus enunciat sumendis, admouendis, faciendis, educendis, quorum singula etsi mala sunt, minus tamen nocent quàm ea quæ natura quidem, non æquè noxia, sed nunquam in consuetudinem peruenerunt. Verùm quoniam mutandæ consuetudinis incidere potest necessitas, & natura non sustinet repentinam mutationem absque noxa, prouidendum ne repentè dissecemus mala consueta, sed dissuamus insuetis paulatim assuescentes.

APHORISMORVM HIPPOCRATIS Sectio III.

APH. I.

ΑΙ μεταβολαὶ τῶν ὡρέων μάλιστα τίκτουσι νοσήματα, καὶ ἐν τῇσιν ὥρῃσιν αἱ μεγάλαι μεταλλαγαὶ, ἢ ψύξιος, ἢ θάλψιος, καὶ τ' ἄλλα κατὰ λόγον οὕτως.

Mutationes temporum maximè pariunt morbos, & in ipsis temporibus magnæ mutationes, aut frigoris, aut æstus, & alia pro ratione, eodem modo.

In anni temporibus magnæ mutationes aëris, id est, multæ alterationes temperamentorum, alia post aliam, frigoris, vel caloris; humiditatis, vel siccitatis; ventorum, vel horum defectus, causæ sunt effectrices morborum naturæ suæ familiarium, in ijs præsertim corporibus quæ sunt ad patiendum idoneæ. Aër dici potest re. naturalis, vbi concurrit ad compositionem hominũ: Non naturalis, quia sinistrè adhibitus, corpus humanum alteret, atque adeò sanitatem destruat. Præter naturam est aër, vbi à sua temperatura

ratura multùm immutatus, corpus noſtrum lædit atque corrumpit. Nam quum aëre ne momento quidem carere poſſimus, fit vt is nos continenter afficiat, ac in ſuam qualitatem alteret, &, ſi corruptus eſt, in ſimilem trahat corruptionem, propriumq; in vitium tranſmutet. His de cauſis mutationes quædam ſunt aëris naturales, quæ fiunt temporibus propriam ſeruantibus naturam, vt mutatio ad calidum & ſiccum in Æſtate, ad frigidum & humidum in Hyeme, &c. Quædam ſunt mutationes non naturales, quæ ſunt aëris, à natura ſua non multùm recedentis: non naturales enim dicuntur, quia poſſunt vtiliter & inutiliter applicari corporibus noſtris. Quædam ſunt mutationes præter naturam, quæ ideo poſſunt alterare corpora noſtra & corrumpere, quia magnæ ſunt & repentinæ: de his hîc loquitur Hippoc. Sanitas enim, cùm ſit mediocritas quædam, niſi idoneo temporum ſtatu conſeruari non poteſt.

II.

Τῶν φυσίων αἱ μὲν πρὸς θέρος, αἱ δὲ πρὸς χειμῶνα εὖ ἢ κακῶς πεφύκασι.

Naturarum hæ quidem Æſtate, illæ verò Hyeme benè aut malè afficiuntur.

Naturæ nomine intelligi hîc debet temperatura quatuor qualitatum, calidi, frigidi, humidi,

sicci. Temperatura verò multis modis dicitur: nam vndequaque optima & exactissima censetur vnica & simplex, quæ reliquarum est index & regula. Siquidem in omnium rerum genere, quod optimum & perfectissimum est id vnicum est, vitiosa verò plurima. Quare cùm vna temperatura sit optima, octo sunt ab optima illa deficientes, magis & minus, pro varietate recessus à mediocritate: quatuor quidem simplices secundùm qualitatem excedentem, quatuor verò compositæ secundùm duas: quarum tamen vnaquæque (modò ne per eam actiones consuetæ impediantur) intra terminos sanitatis contenta, corrigenda est contrarijs, vt siccior humectantibus, sumendis, admouendis, educendis, faciendis, & aliæ similiter, non secus quàm quæ morbosa est intemperies, nisi quòd hæc morbosæ valentiora requirit contraria, ob id quòd ab æqualitate magis recessit. Quapropter naturæ frigidæ & humidæ benè afficiuntur Æstate suam seruante naturam, quòd earum immoderatio Æstatis caliditate & siccitate temperetur: Contrà, malè tum afficiuntur calidæ & siccæ naturæ, quando propter similitudinem Æstatis auctæ in immoderantiam quandam incidunt. Hyeme benè afficiuntur calidæ & siccæ naturæ, quòd per vtranque oppositionem Hyemis emendetur excessus, & ad symmetriam fiat reditus: malè verò afficiuntur

tur frigida humida, quòd à simili Hyemis temperatura earundem excessus augeatur. Æstatis & Hyemis tantùm meminit, propterea quòd duæ partes anni sunt hæ maximè insignes, & sub his reliquas complectitur.

III.

Τῶν νούσων ἄλλαι πρὸς ἄλλας εὖ ἢ κακῶς πεφύκασι, καὶ ἡλικίαι τινὲς πρὸς ὥρας, καὶ χώρας, καὶ διαίτας.

Morborum alij ad alia tempora magis aut minus procliues sunt, eodem modo & ætates ad tempora, loca, victus rationes, magis aut minus aptæ sunt.

Morbi, vt quædam ætates, ad contraria quidem benè, ad similia verò malè se habent: præterquàm si ætas temperata victui, & regioni, & aëri temperato comparetur, hoc enim solùm modo similes à similibus benè afficiuntur. Quæ verò plus à commoderatione recesserunt ætates, ijs secundùm temperaturam contraria loca, & tempora, & victus genera conferunt. Porrò morbi omnes cùm à temperie & modo recedant, generatio quidem à similibus locis, temporibus, viuendi rationibus fit, solutio verò à contrarijs. Nam morbi calidi in locis calidis magis generantur, & minus sunt periculosi, sed magis

soluuntur in frigidis, atque in alijs proportionaliter. Idem est iudicium de ætatibus & naturis, quæ à proba temperie declinauerunt.

IV.

Ε'ν τῇσιν ὥρῃσιν ὅταν τῆς αὐτῆς ἡμέρης ὁτὲ μὲν θάλπος, ὁτὲ δὲ ψῦχος γίγνηται, φθινοπωρινὰ τὰ νοσήματα προσδέχεσθαι χρή.

Per tempora, quando eodem die modò quidem æstus, modò frigus fit, autumnales morbos expectare oportet.

Rectè: neque enim appellationes temporum causæ sunt morborum, sed temperaturæ. Cùm igitur ipsæ variant, necesse est & morbos conuariari. Quod etiam cognouit Ouidius;

Cùm modò frigoribus premimur, modò soluimur æstu. Aëre non certo, corpora languor habet. Autumnales morbi sunt inæquales, inconstantes, & mali iudicij.

V.

Νότοι βαρήκοοι, ἀχλυώδεες, καρηβαρικοί, νωθροί, διαλυτικοί. ὁκόταν οὗτος δυναστεύῃ, τοιαῦτα ἐν τῇσιν ἀρρωστίῃσι πάσχουσιν. ἢν δὲ βόρειον ᾖ, βῆχες, φάρυγγες, κοιλίαι σκληραί, δυσουρίαι, φρικώδεες, ὀδύναι πλευρέων, στηθέων. ὁκόταν οὗτος δυναστεύῃ, τοιαῦτα ἐν τῇσιν ἀρρωστίῃσι προσδέχεσθαι χρή.

Austri auditum hebetant, caliginem obducunt, capitis grauitatem efficiunt, pigros reddunt & languidos, vbi ita præualuerit tempestas, huiuscemodi in morbis patiuntur: Sin aquilonia fuerit constitutio, tusses, faucium asperitates, alui duræ, difficultates vrinæ, horrores, laterum & pectoris dolores fiunt. Quando hæc tempestas præualuerit, talia in morbis expectare oportet.

Vix potest quicquam de ventis absolutè pronunciari, propterea quòd diuersas vires accipiant à locis per quæ flant: ob id Austri sunt lethales magis & minus pro natura locorum. Cùm continenter inspiretur aër, necesse est vt talis reddantur spiritus, qualis est aër, qui sensus omnes & actiones spiritus animalis, visum, auditum, odoratum, gustum, & denique motum, tardas pigrasque efficit, si crassus, turbulentus, & caliginosus est: Et cùm sit aër medium quo videmus, audimus, olfacimus, non mirum si crassus & turbulentus, crassas imaginationes & falsas offerat sensibus. Aquilo verò ventus, Austro contrarius, nempe frigidus, siccus, tusses inducit, & faucium asperitates, quòd tum frigidus inspiretur aër, qui asperam arteriam, aliaque instrumenta inspirationi seruientia lædit, fauces desiccat & exasperat: & quia temporis huius constitutio tota vergit ad siccitatem, alui constringuntur, totoo

corpore exsiccato, tum præcipuè, quia ad seipsum trahit humidiores partes alimenti, tum etiam, quoniam fæces in corpore diutius remanent, nec excernuntur, eæ omnino exuguntur & arescunt. Vrinæ etiam accidunt difficultates, vesica frigiditate Aquilonis offensa. Eadem Aquilonis frigiditas horrores efficit, laterum & pectoris dolores, quando hæc tempestas præualuerit, id est, cùm Aquilo vehementior & crebrior alijs ventus fuerit.

V I.

Ὁκόταν θέρος γένηται ἦρι ὅμοιον, ἱδρῶτας ἐν τοῖσι πυρετοῖσι πολλοὺς προσδέχεσθαι χρή.

Quando Æstas fit Veri similis, sudores in febribus copiosos expectare oportet.

Æstas egressa temperaturam suam, quæ est calida & sicca, si naturam Veris induat, quæ est calida & humida, ob caliditatem quidem attrahit ad cutim: ob humiditatem verò non potest per modum vaporis resoluere. Affatim igitur, dum tota humiditas in morborum iudicijs excernitur, sudores facit.

V I I.

Ἐν τοῖσιν αὐχμοῖσι πυρετοὶ ὀξέες γίνονται, καὶ ἢν μὲν ἐπὶ πλέον ἦ τὸ ἔτος τοιοῦτον ἐὸν, οἵην τὴν

κατά-

κατάστασιν ἐποίησεν, ὡς ἐπιτοπολὺ καὶ τὰ νοσήματα τοιαῦτα δεῖ προσδέχεσθαι.

Per siccitates febres acutæ fiunt: quòd si amplius talis pergat esse annus, qualem fecerit constitutionem, tales plurimùm morbos expectare oportet.

Ambientis humiditas pituitosos aceruat humores, & non paucas generat aquosas superfluitates: siccitas verò pauciores quidem humores efficit, sed qualitate biliosiores: Et hanc ob causam febres numero quidem sunt pauciores quàm in temporibus pluuiosis sed acutiores, vt temporibus morbi respondeant.

VIII.

Ἐν τοῖσι καθεστῶσι καιροῖσιν ἢν ὡραίως τὰ ὡραῖα ἀποδιδῶσιν, εὐσταθέες καὶ εὐκρινέες αἱ νοῦσοι γίνονται. ἐν δὲ τοῖσιν ἀκαταστάτοισιν ἀκατάστατοι καὶ δύσκριτοι.

In moderatis temporibus, quum tempestiua fiunt tempestiue, morbi stabiles, & boni iudicij accidunt: in immoderatis autem, instabiles, & mali iudicij.

In constantibus temporibus quæ ordine quodam suam seruant temperaturam, cùm tempestiue fiunt omnia vt cùm syderum ortus & occasus pluuia, serenitas, & venti suo tempore fiunt,

morbi constantes & faciles, & boni iudicij accidunt, quorum causas facilè demoliantur vires minimè deiectæ. In inconstantibus autem, quæ non seruant secundùm aliquid anni constantis ductum, instabiles morbi fiunt, inquieti, & mali iudicij: vel enim cum periculosis symptomatis iudicantur, vel statim sunt perniciosi, vel omnino faciunt recidiuam.

IX.

Ἐν φθινοπώρῳ ὀξύταται αἱ νοῦσοι, καὶ θανατωδέσταται τὸ ἐπίπαν. ἦρ δὲ ὑγιεινότατον, καὶ ἥκιστα θανατῶδες.

Per Autumnum morbi acutissimi & exitiosissimi magna ex parte accidunt: Ver autem saluberrimum, & minimè morbis exitiosis obnoxium.

Cùm tempora conuenientem seruant totam temperaturam, inter ipsa Ver est saluberrimum, vt quod optimam habeat temperaturam: Autumnus autem morbos acutissimos atque exitiosissimos, aliorum comparatione, affert, propter eius inæqualitatem. Ob id à veteribus Philosophis & medicis tanquàm morbifer, & à poëtis tanquàm pestifer iustis rationibus est damnatus: Prima, quòd traditum ab Æstate corpus languidum,

guidum, & iam effœtum is excipit, quod tantum abest vt iuuet, vt ei penitus aduersetur: Corpora enim nostra sanguine constant, sanguine facta sunt, sanguine nutriuntur; Autumnus verò sanguinem gigni tota sua natura prohibet. Secunda, quòd vita nostra in calido & humido est, at ille frigidus est & siccus. Tertia, quòd excrementa per totam Æstatem liquata & fusa per corpus, & ad cutim, vt vacuentur, festinantia, Autumnus suo frigore intra corpus regerit, ibiq; continet, mille morborum genera paritura. Quarta, quòd suo calore, per meridiem, cutim corporis rarefacit & aperit, mox intra corpus tanquam hostis frigidus irruit, & veluti odio quodam destinato, vesperi, tota nocte, manè, per ipsum grassatur, & quicquid habet frigoris & mali, id vniuersum in corpus intrudit, quo calorem nostrum natiuum (qui paucus ab Æstate superfuit, & idem imbecillus & languidus) sua qualitate mala extinguat. Quinta, quòd eundem calorem, & nos miseros, sua illa inæqualitate caloris, & frigoris, veluti charybdi & syrti quadam, perpetuò agitat. Sexta, quòd cruditatem in corpore nostro cumulat, quæ nos & nostrum calorem obruit, ob vsum crudorum, qualia sunt fructus omnes, omnia noua, quæ liberalis, si diis placet, Autumnus nobis suppeditat.

X.

Τὸ φθινόπωρον τοῖς φθίνουσι κακόν.

Autumnus tabidis malus.

Autumnus siccitate quidem prodest vlceri ipsius pulmonis: sed multis alijs nominibus obest, tum quia frigidus: omne enim frigidum (quatenus tale est) vlceribus inimicum, tum, quia mordax, ex paruo vlcere magnum facit, tum quòd vlcera reddit insuppurabilia quæ suppurari conuenit. Præterea cùm calidus interdum sit, & Phthisis rarò sit absque hectica, calorem & febrem intendit: & excrementa auget, quæ in vlcus incubit. Verùm Hippocrates in Epidemijs cùm dicit ver etiam esse tabidis malum, intelligendum est Veris principium tantùm, quod fermè conuenit cum Autumno, eiusq; naturam habet, hoc est, inæquale existit, iam scilicet frigidum, iam calidum. Proinde cùm hic dicatur Ver saluberrimum, & minimè exitiale, non simpliciter alibi dixit esse malum, sed cum quadam conditione, quando nimirum fici folia cornicis pedibus similia fuerint: quæ periphrasis est principij veris, qua etiam vsus est Hesiodus in lib. cui titulus, ἔργα καὶ ἡμέραι.

XI.

Περὶ δὲ τῶν ὡρέων, ἢν μὲν ὁ χειμὼν αὐχμηρὸς καὶ βόρειος.

βόρειος γένηται, τὸ δὲ ἔαρ ἔπομβρον καὶ νότιον, ἀνάγκη τὸ θέρος πυρετοὺς ὀξέας, καὶ ὀφθαλμίας, καὶ δυσεντερίας γίνεσθαι, μάλιστα δὲ τῇσι γυναιξὶ, καὶ ἀνδράσι τοῖσιν ὑγροῖσι τὰς φύσιας.

Inter anni tempora si Hyems plus iusto sicca & frigida fuerit, Ver autem pluuium & austrinum, febres acutas fieri Æstate necesse est, & lippitudines, & difficultates intestinorum, præsertim mulieribus & viris natura humidis.

Cùm antea generatim dixerit mutationes temporum parere morbos, nunc particulatim idipsum in mutationibus quæ per varia anni tempora fiunt, ostendit. Nam si Hyems aquilonia fuerit, Ver autem australe & pluuiosum, necesse est Æstate sequenti febres acutas fieri, & lippitudines, & difficultates intestinorum. Tali siquidem vere existente colliguntur in corporibus humiditates, quæ per Æstatem calfactæ & corruptæ, febres acutas generant cum reliquis omnibus, tum præsertim pituitosis. Conuenit etiam difficultates intestinorum fieri, & oculorum lippitudines, ijs præcipuè qui ad huiusmodi affectus sunt paratiores, vel materia ad oculos decumbente, vel eadem ebulliente, & à capite ad intestina transmissa, quæ tandem sua mordacitate corrodit intestina, & exulcerat. Vide Problema 8. primæ sectionis apud Aristotelem.

XII.

Ἢν δὲ νότιος ὁ χειμὼν καὶ ἔπομβρος καὶ εὔδιος γένηται, τὸ δὲ ἔαρ αὐχμηρὸν καὶ βόρειον, αἱ μὲν γυναῖκες ἧσιν οἱ τόκοι πρὸς τὸ ἦρ, ἐκ πάσης προφάσιος ἐκτιτρώσκουσιν. αἳ δ' ἂν τέκωσιν, ἀκρατέα καὶ νοσώδεα τὰ παιδία τίκτουσιν, ὥστε ἢ παραυτίκα ἀπόλλυσθαι, ἢ λεπτὰ καὶ νοσώδεα ζῆν ἐόντα. τοῖσι δὲ ἄλλοισι δυσεντερίαι, καὶ ὀφθαλμίαι ξηραὶ γίνονται. τοῖσι δὲ πρεσβυτέροισι κατάρροι συντόμως ἀπολλύντες.

Si verò Hyems auſtrina & admodum pluuia fuerit, Ver autem ſiccum & aquilonium, mulieres, quibus partus Vere imminent, ex quacunque occaſione abortiunt: Quæ verò pepererint, imbecilles & morboſos infantes edent, ita vt aut ſtatim pereant, aut inualidi & morboſi viuant. Cæteris verò difficultates inteſtinorum, & lippitudines oculorum accidunt ſiccæ: Senioribus autem, deſtillationes breui interimentes.

Hyeme verò humida exiſtente & calida, Vere autem frigido ac ſicco, mulieres, quibus partus incidit in Ver, ex quacunque abortiunt occaſione: Corpora ſiquidem humida ac mollia & rara reddita per Hyemem tepidam, ad intimas ſui partes frigiditatem aëris admittunt: itaque qui-

cunque

cunque infantes longo tempore assueuerunt aëris tepori, à frigore facile offenduntur, alij quidem in ipso tam vtero mortui, alij verò in ipso partu morituri. Qui verò ex ijs viui in lucem eduntur, non ferentes subitam ad contrarium mutationem, vel breui pòst tempore moriuntur, vel imbecilles & morbosi vix in vita perdurant. Cæterùm alijs seu pituitosis ac mulieribus difficultates intestinorum ait accidere ex pituita à capite ad ventrem defluente, quæ si salsa est & veluti biliosa, transeundo affliget, intestinis hærens, ac semper aliquid deterens, propter qualitatem faciet intestinorum difficultatem. Lippitudines autem siccas (sic vocat eas, quæ sunt absque fluxu) par est, in sicca constitutione, calidis & siccis naturis accidere. Caput enim prius repletum est, & in humida & calida constitutione; frigus autem superueniens, veluti manus quædam capiens ac premens quandam vti spongiam, cerebrum, exprimit illam quæ in ipso continetur humiditatem: hæc verò non effluit extrà, propter ambientis frigiditatem densantis superficiem exteriorem. Senes autem à destillationibus correpti in tali constitutione, repentè, ob venarum colliquationem, & neruorũ dissolutionem, intereunt. Huc pertinet Problema 9. primæ sectionis Aristot.

XIII.

Ἢν δὲ τὸ θέρος αὐχμηρὸν καὶ βόρειον γένηται.

τὸ δὲ φθινόπωρον ἔπομβρον καὶ νότιον, κεφαλαλγίαι ἐς τὸν χειμῶνα γίνονται, καὶ βῆχες, καὶ βράγχοι, καὶ κόρυζαι, ἐνίοισι δὲ καὶ φθίσιες.

Si Æstas sicca & Aquilonia fuerit, Autumnus verò pluuius admodum, & austrinus, dolores capitis Hyeme fiunt, & tusses, raucitates atq; grauedines: nonnullis etiam tabes accidit.

Sed si Æstas sicca fuerit & Aquilonia, Autumnus autem humidus & Austrinus, necesse erit ijs qui naturam habent humidiorem, supra modum repleto capite, hos morbos Hyeme aduenire, Hyeme videlicet suscipiente capita austrinis pluuijs repleta. Si ergo humor in capite constiterit, grauitatem committit: sed si ob nimiam sui copiam concrescere non potuit, in partes inferiores defluit: atque ita tussim & raucedines si in asperam arteriam: si in nares, grauedines: & tabem, si in pulmones, contrahit. 10. Problemate prima sectionis apud Aristotelem.

XIV.

Ἢν δὲ βόρειον ᾖ καὶ ἄνυδρον, τοῖσι μὲν ὑγροῖσι ἐοῦσι τὰς φύσιας, καὶ τῇσι γυναιξὶ ξύμφορον, τοῖσι δὲ λοιποῖσιν ὀφθαλμίαι ἔσονται ξηραὶ, καὶ πυρετοὶ ὀξέες τε καὶ μακροὶ, ἐνίοισι δὲ καὶ μελαγχολίαι.

Si

Si verò Autumnus Aquilonius & siccus fuerit, iis qui natura humidi sunt, & mulieribus confert: reliquis verò lippitudines siccæ accidunt, & acutæ febres & longæ: Nonnullis verò & melancholiæ.

Autumnus siccus & Aquilonius confert ijs qui sunt humido præditi temperamento, exsiccantur enim ab hac constitutione, & exsiccati perueniunt ad Hyemem, aut minus humidi: Biliosis verò talis Autumnus est inimicissimus, quia nimis exsiccantur: bilis enim pars humidissima, atque aquosissima absumitur, crassissima verò & acutissima relinquitur, vnde hi & alij morbi contingunt.

XV.

Τῶν δὲ καταστασίων τοῦ ἐνιαυτοῦ τὸ μὲν ὅλον οἱ αὐχμοὶ τῶν ἐπομβρίων εἰσὶν ὑγιεινότεροι, καὶ ἧσσον θανατώδεες.

Ex anni constitutionibus (vt in vniuersum dixerim) siccitates imbribus sunt salubriores, & minus mortiferæ.

Sicca constitutio (quod semel dictum sit) salubrior est humida constitutione: nam morbi magna ex parte fiunt à putredine, cui contraria est siccitas, humida siquidem intemperies aëris excrementorum prouentum generat, qui prouentus

est morborum soboles: Siccitas autem & exercitatio non colligunt multa excrementa, aut collecta absumunt.

XVI.

Νοσήματα δὲ ἐν μὲν τῇσιν ἐπομβρίῃσιν ὡς τὰ πολλὰ γίνεται πυρετοί τε μακροὶ, καὶ κοιλίης ῥύσιες, καὶ σηπεδόνες, καὶ ἐπίληπτοι, καὶ ἀπόπληκτοι, καὶ κυνάγχαι. ἐν δὲ τοῖσιν αὐχμοῖσι, φθινώδεες, ὀφθαλμίαι, ἀρθρίτιδες, στραγγουρίαι, καὶ δυσεντερίαι.

Morbi per assiduos imbres magna ex parte fiunt, febres longæ, alui deiectiones, putredines, comitiales morbi, apoplexiæ & anginæ. Per siccitates autem tabes, lippitudines, articulorum dolores, stillicidia vrinæ, & difficultates intestinorum.

Febres quidem longas fieri ex multitudine humiditatis, minimè mirum, siquidem ægroti ad morborum solutionem egent coctione, plures autem humiditates, non nisi in longo tempore concoqui possunt. Neq; extra rationem est, quòd alui profluuia in temporib. pluuiosis eueniant, quum humorum superabundantia per aluum expurgetur, sicuti etiam quòd eisdem temporibus putredines fiant; quoniam perspicuum est humida siccis magis esse obnoxia putredini. Morbi autem comitiales, ex pituita ortum habent: Et angina fit superfluitatum multitudine ad fauces collecta: fit etiam

fit etiam magna ex parte fluxionibus ex capite firmatis in faucibus. In humida constitutione alij etiam morbi ab Hippocrate non commemorati, nasci possunt. In sicca verò constitutione, licet aura sit salubrior, in ea tamen proprij erunt morbi, naturam constitutionis sequentes, morbi tabem afferentes, absque tamen pulmonis exulceratione, quæ in sicciore tempore potius curetur quàm irritetur. Lippitudines siccæ, articulorum dolores, ij, qui ex humorum acrimonia ad articulos decumbente, procreantur, cùm caliditas immodica accesserit. Vrinæ stillicidia fiunt propter acrimoniam vrinæ & facultatis retentricis imbecillitatem. Difficultas autem intestinorum non simpliciter ad siccitates consequitur, sed ad ingentes siccitates, & in naturis id pati idoneis.

XVII.

Αἱ δὲ καθ' ἡμέρην καταστάσιες, αἱ μὲν βόρειοι τάτε σώματα συνιστῶσι, καὶ εὔτονα, καὶ εὐκίνητα, καὶ εὔχροα, καὶ εὐηκοώτερα ποιέουσι, καὶ τὰς κοιλίας ξηραίνουσι, καὶ τὰ ὄμματα δάκνουσι, καὶ περὶ τὸν θώρηκα ἄλγημα, ἤν τι προϋπάρχῃ, μᾶλλον πονέουσιν. αἱ δὲ νότιοι διαλύουσι τὰ σώματα καὶ ὑγραίνουσι, καὶ βαρυηκοΐας, καρηβαρίας ποιέουσιν, καὶ ἰλίγγους ἐν τοῖσιν ὀφθαλμοῖσι, καὶ τοῖσι σώμασι δυσκινησίην, καὶ τὰς κοιλίας ὑγραίνουσι.

Constitutionum quæ quotidie fiunt, aqui-

Ioniæ quidem corpora cogunt, robuſtiora reddunt, facilè mobilia, benè colorata, & rectius audientia. Aluos præterea exſiccant, oculos mordent: &, ſi thoracis dolor aliquis præcedit, magis irritatur. Auſtrinæ verò, corpora languida efficiunt & humectant, difficilem auditum, capitis grauitatem & vertiginem afferunt, oculis atque corporibus difficilem motum præſtant, & aluos humectant.

Constitutiones quotidianæ, aquiloniæ quidem frigidæ ſiccæ, corpora denſant & firmant ſua frigiditate: eadem mobilia reddunt, quòd ſuperuacuas corporis humiditates exhauriant: Coloratiora, quòd actiones naturales, & probam ſanguinis in iecore elaborationem adiuuent: melius audientia faciunt, facultate animali tum benè valente. Cæterùm auditus nomine reliquos vult intelligi ſenſus, qui omnes hac tempeſtate vigent: Aluos exſiccant vt totum corpus: Oculos mordent, non erodendo, ſed diuellendo continuum. Pectoris dolores excitant, quia frigidum inimicum eſt pectori vt faucibus. Auſtrinæ verò constitutiones humidæ, calidæ, corpora diſſoluunt & humectant, auditum obturdunt, & caput aggrauant, ipſum opplentes humiditate nimia, à qua & pauca caliditate vertigines fiunt: Oculis

&

& corporibus difficilem motum præstant, nimium humectato neruorum principio, cerebro scilicet, circa voluntarios motus, pigritiam apparere necesse est: Ab eadem humiditate, aluos mouent & lubricant: De vertiginibus autem quid dicere oportet? vtpote quæ sunt proxima morbis comitialibus, & iis quos apoplexias nominant. Vertigo enim est velut obtenebratio, quæ fit, humoribus, cum crasso vapore per caput moto: & ideò præcedit epilepsiam & apoplexiam.

XVIII.

Κατὰ δὲ τὰς ὥρας, τοῦ μὲν ἦρος καὶ ἄκρου τοῦ θέρεος, οἱ παῖδες, καὶ οἱ τούτων ἐχόμενοι τῇσιν ἡλικίῃσιν ἄριστά τε διάγουσι καὶ ὑγιαίνουσι μάλιστα. τοῦ δὲ θέρεος καὶ τοῦ φθινοπώρου μέχρι μέν τινος οἱ γέροντες. τὸ δὲ λοιπὸν φθινοπώρου καὶ τοῦ χειμῶνος, οἱ μέσοι τῇσιν ἡλικίῃσι.

Per tempora anni, Vere quidem, & principio Æstatis, pueri, & qui eos ætate mox sequuntur, optimè degunt, maximéq; valent: Æstate autem & Autumno aliquantisper senes: per reliquum autem Autumnum & Hyemem, qui mediam ætatem habent.

Naturis, ætatibus & regionibus benè temperatis, optimum tempus quod optimam habet temperiem, cùm non egeat habitus sui permuta-

tione, ſed conſeruatione: Rerum enim vnaquæq; à ſimilibus quidem conſeruatur, à contrarijs autem tranſmutatur. Quare pueri & adoleſcentes Vere, & Æſtatis principio optimè degunt. Senibus verò vtiliſſima eſt Æſtas, à qua frigiditas eorum contemperatur: Sicuti ijs qui in ætatis vigore conſiſtunt, Hyems maximè confert, hæc enim contraria eſt bilioſæ eorum intemperaturæ. Itaq; naturarum bilioſiores quidem, Hyeme optimè degunt: Pituitoſiores autem Æſtate: benè autem temperatæ, Vere.

XIX.

Νοσήματα μὲν πάντα, ἐν πάσῃσι τῇσιν ὥρῃσι γίνεται, μᾶλλον δ᾽ ἔνια κατ᾽ ἐνίας αὐτέων καὶ γίνεται καὶ παροξύνεται.

Morbi quidem omnis generis in omnibus temporibus fiunt, nonnulli tamen in quibuſdam illorum magis & oriuntur & irritantur.

Licet omnibus temporibus omnes morbi fieri poſſint, ob errata quæ in viuendi ratione contingunt, aut ob ambientis variam temperaturam, cuius attractione viuimus: Quibuſdam tamen temporibus quoſdam morbos fieri magis accidit, propter affinitatem quam cum illis temporibus habent. Non parum autem ad hoc confert etiam naturarum differentia, neque enim ſimiliter ab

eadem causa calidum corpus & frigidum, humidum & siccum offendi aptum est. Nam quamuis aër pestilens agat in omnes absque discrimine, non omnes tamen prehenduntur peste, quia agens non agit, nisi in passum dispositum. Aër quidem habet magnum momentum ad generationem morborum, sed concurrunt alia multa, vt victus ratio, natura, dispositio, consuetudo, &c.

XX.

Τοῦ μὲν γὰρ ἦρος τὰ μανικὰ καὶ τὰ μελαγχολικὰ, καὶ τὰ ἐπιληπτικὰ, καὶ αἵματος ῥύσιες, καὶ κυνάγχαι, καὶ κόρυζαι, καὶ βράγχοι, καὶ βῆχες, καὶ λέπραι, καὶ λειχῆνες, καὶ ἀλφοὶ, καὶ ἐξανθήσιες ἑλκώδεες πλεῖσται, καὶ φύματα, καὶ ἀρθριτικά.

Vere quidem furores, melancholiæ, morbi comitiales, sanguinis profusiones, anginę, grauedines, raucedines, lepræ, tusses, impetigines, vitiligines, pustulæ vlcerosæ plurimæ, tubercula & articulorum dolores accidunt.

Tempora constantia dicuntur, cùm suam propriam seruant temperaturam: hincq; annus constans, cùm tempora, in quæ distributus est, à sua propria temperatura non discedunt, & sunt quatuor: Ver humidum & calidum dicitur, aut potius temperatum & saluberrimum, ac morbis qui mortem afferant minimè obnoxium, in quo

tamen morbi plurimi fiunt, non ob eius temperaturam, quæ bona est, sed eò quòd verno tempore corpora rara & laxa fiunt, humoresq́ vitiosi, qui in profundo corporis latebant, veluti sopiti, excitantur, & ab intimis ad externa expelluntur, unde furores, atra biles, impetigines, vitiligines, pustulæ &c. Quos melius est apparere, quod est opus naturæ vincentis, quàm intus delitescere ad maiorem perniciem.

XXI.

Τοῦ δὲ θέρεος ἔνιά τε τούτων, καὶ πυρετοὶ ξυνεχέες, καὶ καῦσοι, καὶ τριταῖοι πλεῖστοι, καὶ τεταρταῖοι, καὶ ἔμετοι, καὶ διάῤῥοιαι, καὶ ὀφθαλμίαι, καὶ ὤτων πόνοι, καὶ στομάτων ἑλκώσιες, καὶ σηπεδόνες αἰδοίων καὶ ἵδρωα.

Æstate autem aliqui ex iis, & febres continuæ, & ardentes, & tertianæ plurimæ, & quartanæ, & vomitiones, & alui profluuia, lippitudines, aurium dolores, oris exulcerationes, genitalium putredines, & sudores accidunt.

XXII.

Τοῦ δὲ φθινοπώρου, καὶ τῶν θερινῶν τὰ πολλά, καὶ πυρετοὶ τεταρταῖοι, καὶ πλανῆτες, καὶ σπλῆνες, καὶ ὕδρωπες, καὶ φθίσιες, καὶ στραγγουρίαι, καὶ λειεντερίαι,

ρίαι, καὶ δυσεντερίαι, καὶ ἰσχιάδες, καὶ κυνάγχαι, καὶ ἄσθματα, καὶ εἰλεοὶ, καὶ ἐπιληψίαι, καὶ τὰ μανικὰ, καὶ τὰ μελαγχολικά.

Autumno verò plurimi æstiui morbi fiunt, & febres quartanæ, atque erraticæ, lienes magni, aquæ inter cutem, tabes, vrinæ stillicidia, leuitates & difficultates intestinorum, coxæ dolores, anginæ, asthmata, ilei, morbi comitiales, furores & melancholiæ.

XXIII.

Τοῦ δὲ χειμῶνος, πλευρίτιδες, περιπνευμονίαι, λήθαργοι, κόρυζαι, βράγχοι, βῆχες, πόνοι στηθέων, καὶ πλευρέων, καὶ ὀσφύος, καὶ κεφαλαλγίαι, ἴλιγγοι, ἀποπληξίαι.

Hyeme, pleuritides, pulmonis inflammationes, lethargi, grauedines, raucedines, tusses, dolores pectoris, laterum, lumborum, & capitis vertigines, & apoplexiæ.

Æstas autem, Autumnus & Hyems, ut Ver, licet in multis communionem habeant, vnicuiq; tamen illorum temporum proprij morbi magis excitantur, qui nimirum sunt illis temperatura proximi.

XXIV.

Ἐν δὲ τῇσιν ἡλικίῃσι τοιάδε συμβαίνει, τοῖσι μὲν σμικροῖσι καὶ νεογνοῖσι παιδίοισιν, ἄφθαι, ἔμετοι,

βῆχες, ἀγρυπνίαι, φόβοι, ὀμφαλοῦ φλεγμοναὶ, ὤτων ὑγρότητες.

Per ætates hæc accidunt, paruis quidem & recens natis puerulis, oris vlcera, vomitiones, tusses, vigiliæ, pauores, vmbilici inflammationes, aurium humiditates.

Qui morbi fiunt in ætatibus hîc ordine recenset. Paruis, inquit, & nuper natis, oris vlcera contingunt ob instrumentorum mollitiem, quæ neq; tactum, neque lactis sustinent qualitatem, quod non paruam in se serosam continet partem: Hæc autem pars vim habet abstergendi. Quare non mirum si in corporibus mollibus, quasdam superficiarias facit exulcerationes. Vomitus, ob lactis abundantiam. Tusses autem facilè, propter cerebri humiditatem, ad pulmonem, asperamq; arteriam defluentem accidunt. Vigiliæ verò haudquaquam ipsis sunt assuetæ, vt qui maiori parte temporis dormiant, nisi fortè ob ipsum morbum fieri infantibus vigilias opinetur, siquidem somni abundantia ipsis maximè secundùm naturam inest. Pauores etiam per somnum infantibus adsunt, ob alimenti in ventriculo corruptionem, vnde nidor elatus terribilia somnia excitat. Accedit quòd nuper ex vtero prodeuntes pueruli aëris eos ambientis transmutationem reformidantes, ad quemuis occursum facilè perterrentur,

præ-

præsertim à somno. Vmbilicis autem paulò antè præcisis, inflammationes contingunt, non alia ratione quàm alijs partibus abscissis. Aurium quoque humiditates morbis annumerat, siquidem à natura aliena est expurgatio per aures, quæ tamen puerulis euenit, ob corporis totius, atque adeo capitis superfluam humiditatem.

XXV.

Πρὸς δὲ τὸ ὀδοντοφυεῖν προσάγουσιν, οὔλων ὀδαξισμοὶ, πυρετοὶ, σπασμοὶ, διάῤῥοιαι, καὶ μάλιστα ὅταν ἀνάγωσι τοὺς κυνόδοντας, καὶ τοῖσι παχυτάτοισι τῶν παίδων, καὶ τοῖσι σκληρὰς τὰς κοιλίας ἔχουσι.

His qui ad dentitionis tempus accedunt, gingiuarum pruritus fiunt, febres, conuulsiones, alui profluuia, maximè cùm caninos edunt, & iis pueris qui crassissimi sunt, & aluos duras habent.

Pueris, cùm dentire incipiunt, gingiuæ cum dolore pruriant, quòd dentes prodeant, & tanquam stimuli perforatu gingiuis infigantur. Febres accidunt propter dolores, vigilias, & inflammationes. Conuulsiones autem cùm propter hæc, tum propter crudum alimentum, & quia neruosæ partes nondum satis validæ sunt. Ad hæc omnia etiam ex necessitate ventris profluuia consequuntur, quoniam alimentum non benè coquitur, neque

distribuitur: & maximè cùm caninos edunt dentes, qui quoniam tardiùs exeunt, maiorem ob id inferunt dolorem, quòd gingiuæ factæ sint sicciores & duriores, alioqui minùs læderent, quia cùm sint acutiores, minorem faciunt solutionem continui: Qua etiam ratione incisores exeunt faciliùs, & minore cum dolore, licet sint latiores, propterea quòd cutis adhuc mollis est & obediens cùm erumpunt: Sed maximè dolent gingiuæ subnascentibus molaribus. Pueris autem, (præsertim qui crassissimi sunt, & aluos duras habent) sæpius accidunt superiores morbi, & potissimum conuulsiones, ob plenitudinem & superfluitatum abundantiam.

XXVI.

Πρεσβυτέροισι δὲ γινομένοισι παρίσθμια, σφονδύλου τοῦ κατὰ τὸ ἰνίον εἴσω ὤσιες, ἄσθματα, λιθιάσιες, ἕλμινθες, στρογγύλαι, ἀσκαρίδες, ἀκροχορδόνες, σατυριασμοὶ, στραγγουρίαι, χοιράδες, καὶ τ' ἄλλα φύματα, μάλιστα δὲ τὰ προειρημένα.

Vbi ætate paulùm processerint, tonsillæ, vertebræ (quæ in occipitio est) ad interiora luxationes, asthmata, calculi, lumbrici, rotundi, ascarides, verrucæ pensiles, satyriasmi, strumæ, & alia tubercula, præcipuè verò antedicta.

Pueris paulò adultioribus sunt tonsillæ: ton-

sillæ

stillæ verò seu paristhmia sunt inflammationes partis quæ os & gulam interiacet: Vertebræ eius luxatio quæ ad occipitium est, parit anginam. Asthma, seu creber anhelitus, fit propter angustiam asperæ arteriæ, oppletis respirationis instrumentis ab his quæ desuper fiunt fluxionibus. Causa efficiens calculi est caliditas; causa materialis, est multa pituita cum viarum angustia: in pueris vtraque est causa, qui ob edacitatem non paucos crudos humores coaceruant, ex quibus pars crassior, vnà cum vrinis ad vesicam perueniens, generandi lapidis fit materia, quæ retenta diu propter crassitiem, à caliditate tandem durescit in formatum lapidem. Lumbrici teretes longi sunt, lati verò cucurbitini, vt semen cucurbitæ, quos tamen Galenus dicit longissimos hoc sensu, i. longa serie & congerie sese complexos. Ascarides tenues ac breues, similes vermibus. Omnium autem lumbricorũ origo est ex cruda, crassa, pituitosaq; materia, & putredini accommoda, qualis in pueris & voracibus colligitur maximè. Verrucæ & strumæ sunt soboles vitiosi sanguinis ad exteriora & cutem repentis, nam putres in corpore humores cùm foras pelluntur (robusta existente potentia) verrucas excitant pensiles, aut myrmecias latentes, satyriasmos, strumas, scrophulas, & alia phymata à materia frigida & pituitosa.

XXVII.

Τοῖσι δὲ ἔτι πρεσβυτέροισι καὶ πρὸς τὴν ἥβην προσάγουσι, τουτέων τε τὰ πολλὰ, καὶ πυρετοὶ χρόνιοι μᾶλλον, καὶ ἐκ ῥινῶν αἵματος ῥύσιες.

Grandioribus autem, & ad pubertatem accedentibus, præcedentium ætatum multi accidunt morbi, & febres magis diuturnę, & ſanguinis è naribus profluuia.

Pubeſcentes ſuperioribus etiam morbis obnoxij, propter ſimilitudinem temperaturæ: ſæpius incidunt in febres diuturnas, nam in hac ætate plus eſt materiæ, vnde febres procreari poſſunt, & quia ſanguis incipit ſuperabundare in corpore duriuſculo, ex quo per cutim paucum quiddam diſſipatur, & minus quàm priore in augmentum abſumitur, profluuia ſanguinis è naribus patiuntur.

XXVIII.

Τὰ δὲ πλεῖστα τοῖσι παιδίοισι πάθεα κρίνεται, τὰ μὲν ἐν τεσσαράκοντα ἡμέρῃσι, τὰ δὲ ἐν ἑπτὰ μησὶ, τὰ δὲ ἐν ἑπτὰ ἔτεσι, τὰ δὲ πρὸς τὴν ἥβην προσάγουσιν. ὅσα δ᾽ ἂν διαμείνῃ τοῖσι παιδίοισι καὶ μὴ ἀπολυθῇ περὶ τὸ ἡβάσκειν, ἢ τῇσι θήλεσι περὶ τὰς τῶν καταμηνίων ῥήξιας, χρονίζειν εἴωθεν.

Plurimi verò morbi puerulis iudicantur, hi quidem in quadraginta diebus, illi verò in ſeptem menſibus, aliqui in ſeptem annis, non-

nulli quum ad pubertatem accedunt. Quicunque autem puerulis perdurarint, nec prope pubertatem desierint, aut fœminis quum menstrua eruperint, hi consenescere consueuerunt.

Plurimi morbi diuturni ijs, qui in tribus ætatibus prædictis, constituti sunt, iudicantur, & terminantur: (perfecta enim iudicatio est quæ morbum soluerit) nonnulli quidem in 40. diebus, quadragesimus enim dies primus est iudicatorius morborum diuturnorum, & vltimus acutorum ex decidentia. Nonnulli in septem mensibus, vt asthmata, quartanæ febres: qui verò hunc transcendunt numerum, secundum septenarij quidem rationem habent iudicium, verùm non diebus tantùm enumeratis, sed mensibus primùm deinde annis iudicantur, vt manifestum sit alios ad septimum annum, alios autem ad decimum etiam quartum annum peruenire, cuiusmodi est morbus comitialis, qui multis in pubertate iudicatur, quo tempore magnæ fiunt corporis mutationes, in fœminis maximè propter menstruorum eruptionem. Quare si qui morbi, ne hac quidem ætate finiuntur, vsque ad longum tempus perdurare consueuerunt.

XXIX.

Τοῖσι δὲ νεηνίσκοισιν, αἵματος πτύσεις, φθι-

πτύσιες, πυρετοὶ ὀξέες, ἐπιληψίαι, καὶ τ' ἄλλα νοσήματα, μάλιστα ἢ τὰ προειρημένα.

Iuuenibus autem ſanguinis ſputiones, tabes, febres acutæ, morbi comitiales, & alij morbi, & præcipuè antè dicti, accidunt.

Ex alijs ætatibus de quibus meminit, licet conijcere de adoleſcentia, quæ in multis quidem communicat cum illis quæ ex vtraque ipſam circunſtant: quapropter eam hîc prætermiſit: iuuenes autem non ſecundùm naturam ætatis patiuntur ſputum ſanguinis, ſed ob incontinentiam. Ad ſputum verò ſanguinis tabes conſequitur. Corripiuntur & febribus bilioſis, quia flaua bilis hac ipſa ſuperabundat ætate. Comitialis morbus non eſt huic ætati familiaris, quæ calida eſt, morbus autem frigidus humidus, niſi dicatur accidere ob victus errorem.

XXX.

Τοῖσι δὲ ὑπὲρ τὴν ἡλικίην ταύτην ἄσθματα, πλευρίτιδες, περιπνευμονίαι, λήθαργοι, φρενίτιδες, καῦσοι, διάῤῥοιαι χρόνιαι, χολέραι, δυσεντερίαι, λειεντερίαι, αἱμοῤῥοΐδες.

Qui hanc ætatem exceſſerint, his aſthmata, pleuritides, pulmonis inflammationes, lethargi, phrenitides, ardentes febres, diuturna alui profluuia, choleræ, difficultates inteſtinorum, leuitateſque eorundem, & hæmorrhoides accidunt.

Le-

Lethargi, hæmorrhoides, leuitates intestinorum à pituita, vt alij morbi frigidi & melancholici, proprij quidem sunt ætatis declinantis. Cæteri vero, aut ab immoderata victus ratione proueniunt, aut magis à iuuentute differuntur ad ætatem declinantem: nam, vt dicitur à Tullio, intemperanter acta iuuentus effœtum corpus reddit senectuti.

XXXI.

Τοῖσι δὲ πρεσβύτῃσι, δύσπνοιαι, κατάῤῥοι βηχώδεες, στραγγουρίαι, δυσουρίαι, ἄρθρων πόνοι, νεφρίτιδες, ἴλιγγοι, ἀποπληξίαι, καχεξίαι, ξυσμοὶ τοῦ σώματος ὅλου, ἀγρυπνίαι, κοιλίης καὶ ὀφθαλμῶν, καὶ ῥινῶν ὑγρότητες, ἀμβλυωπίαι, γλαυκώσιες, βαρυηκοΐαι.

Senibus accidunt spirandi difficultates, distillationes tussim afferentes, stillicidia vrinæ, difficultates vrinæ, articulorum dolores, renum mala, vertigines, apoplexię, mali habitus, pruritus vniuersi corporis, vigiliæ, ventris, oculorum, & narium humiditates, hebetudines oculorum, glaucedines, & graues auditus.

Senibus spirandi difficultates accidunt propter humoris pituitosi in thoracem defluxum. Distillationes tussim afferentes, quoniam partes ad caput attinentes in ipsis facillimè refrigerantur: &

cùm frigidam cerebri temperaturam habeant, ideò multæ colliguntur pituitosæ superfluitates, quæ renes & meatus vrinarios obstruentes, aliquando difficultatem vrinæ, aliquando frigidam inducentes intemperiem (quam facultatis imbecillitas consequitur) stillicidium vrinæ generant. Articulorum autem dolores fiunt, fluentibus ad hæc loca superfluitatibus: vertigines, propter spiritum vaporosum, qui in partibus cerebri inordinato cietur motu: Apoplexiæ, nullus est morbus adeò senili ætati familiaris, quoniam in ea cerebrum pituitosis repletur superfluitatibus, quæ ventriculos eius opplentes, facilè morbum hunc inducunt. Mali habitus, nam alimentum non concoquitur, & quod distribuitur impurum est; vnde etiam pruritus à superfluitatibus, quæ difficilem habent per cutem euacuationem. Vigiliæ, quia senectus plena curarum est, & senibus non planè morbosis siccum est natura corpus. Humiditates autem in ipsis oculorum & narium liquet fieri propter cerebri superfluitates, quibus ad aluum defluentibus ipsa etiam sæpius humectatur. Hebetes autem visus & auditus graues accidunt, ob imbecillitatem potentiæ sensitiuæ. Glaucedines verò, propter immodicam instrumentorum siccitatem, & quia speciem habent suffusionis à concretione crystallini humoris in oculis.

APHO-

APHORISMORVM
HIPPOCRATIS
Sectio IV.

APH. I.

TA`ς κυούσας φαρμακεύειν ἢν ὀργᾷ, τετράμηνα καὶ ἄχρι ἑπτὰ μηνῶν, ἧσσον δὲ ταύτας. τὰ δὲ νήπια, καὶ πρεσβύτερα εὐλαβέεσθαι χρή.

Vtero gerentes ſunt medicandæ, ſi materia turget, quarto menſe, & vſque ad ſeptimum, ſed hæ minus. A iuniore autem fœtu & ſeniore abſtinere oportet.

Fœtus eandem proportionem habent cum vtero, quam fructus cum arboribus: hi ſiquidem in prima generatione debilioribus pediculis continentur, & ideo facilè decidunt, quando vehementior ventus ipſos concuſſerit. poſtea verò aucti difficilem habent ab arboribus diſſolutionem: ſicuti rurſus cùm perfecti ſunt, ſponte ſua ſine vi extrinſeca decidunt. Eodem modo & conceptus: in primo quidem tempore quo ſemen nuper iniectum eſt, ſi aliquando ſaltare contigerit mulierem, aut in lubrico cadere, ſiue quouis alio modo, vel ſecundùm animam, vel ſecundùm corpus

moueri vehementius, facilè dirumpuntur: sic & quando iam perfecti sunt: tempore verò intermedio ligamenta habent robustiora: quare mulier vtero gerens, potest fortiores motus sustinere sine fœtus offensione. Quæ omnia Hippocrates noscens rectè inquit: Vtero gerentes sunt medicandæ, si materia turget, quarto mense & vsque ad septimum, quod est tempus medium fœturæ, cùm fœtus vtero firmiter alligatur. Non tamen omnes quæ hoc tempore indigent purgatione, permittit purgari, sed si materia turget, inquit, hoc est, vrget & cogit accelerare. Tractum enim vocabulum est ab animalibus ad coitum incitatis. Nam cùm superabundantes humores mouentur, & per totum corpus feruntur, nondum in aliqua parte firmati, tunc ad eos expellendos natura incitatur, & aliquo indiget manum porrigente, & hunc humorum motum ad aluum deducente. Eos verò qui aliqua in parte firmati sunt humores, non oportet mouere. Sic enim dictum est ab Hippocrate: Quicunque inflammationes, in morborum principio, medicamento conantur soluere, nihil de eo detrahunt quod aceruatum est & inflammatum, (neque enim morbus, cùm crudus sit, cedit:) quæ verò sana sunt, & morbo resistunt, absumunt contabefaciuntque. Quod autem dixit, à iuuene fœtu & seniore oportet abstinere, eo voluit intelligi, quæ quartum mensem impragna-

prægnationis nondum attigerunt, aut ad septimum vsq; progressa sunt, eas non esse medicandas medicinis purgantibus. Verùm Hippocratis & Galeni sæculo, maiore purgabant religione, quia valentiora tantùm medicamenta nouerant, cuius generis sunt Helleborus, Colocynthis, Scammonium, Turpetum, Hermodactylus, & alia huiusmodi. Nobis autem sunt clementissima medicamenta, quibus vti possumus ipsa re exigente, etiam ante quartum mensem, vt Cassia, Manna, Rhabarbarum, Tamarindum, confectio Catholici, &c. licet post quartum mensem tutius his vtamur. Vt demus ante quartum mensem & post septimum, prægnantes acuto aliquo morbo correptas offendi à medicamento quod suadente necessitate datum est, tamen præstat ista ratione lædi vtrunque, matrem scilicet & fœtum. quàm vt nullo prorsus dato, & matrem & fœtum de vita periclitari patiamur.

II.

Εν τῇσι φαρμακείῃσι τοιαῦτα ἄγειν ἐκ τοῦ σώματος ὁκοῖα καὶ αὐτόματα ἰόντα χρήσιμα. τὰ δὲ ἐναντίως ἰόντα παύειν.

In medicationibus talia educere è corpore qualia sponte prodeunt, vtile: Quæ verò contrario modo prodeunt, cohibere oportet.

Cùm medicus in artis operibus ea, quæ benè à natura fiunt imitari debeat, hoc vnicè curabit, vt in singulis morbis tales vacuet humores, quales in vacuationibus spontinis vtiliter euacuantur à natura. Quod ita fieri, factúmve esse, indicio est facilitas tolerantiæ. Si verò fiat eorum euacuatio, quæ natura non vtiliter educeret, ea maturè cohibenda est, vtpote quæ non iuuet ægrotum, sed offendat.

III.

Ἢν μὲν οἷα δεῖ καθαίρεσθαι, καθαίρωνται, ξυμφέρει τε καὶ εὐφόρως φέρουσι· τὰ δ' ἐναντία, δυσχερῶς.

Si qualia oportet purgari, purgentur, confert & facile ferunt: si contra, difficulter.

Hic Aphorismus est idem cum vltimo primæ sectionis.

IV.

Φαρμακεύειν θέρεος μὲν μᾶλλον τὰς ἄνω· χειμῶνος δὲ, τὰς κάτω.

Medicari Æstate superiores magis, Hyeme verò inferiores.

Iubet tamen Hippocrates, lib. de ratione victus priuatorum, æstate reuelli bilem flauam ad inferiora: Et idem habet Galenus in commentario.

Dicen-

Dicendum, quòd hîc loquutus est de vniuersali purgatione totius corporis: nam si velit quis purgare totum corpus bile, & sit Æstas, conuenientius id fiet vomitu: bilis enim propter sui leuitatem & propter ambientem caliditatem, ad superiora magis mouetur. Qualibet autem superfluitas eò quò vergit, ducenda, per loca conuenientia: Si verò opus est particulari purgatione ventris, & intestinorum tantùm, commodiùs id fiet deiectione per inferiora, quam præsertim enemata perficiunt. In summa, quæ in præsenti abundant, ijs medeberis purgatione, vt tamen per loca quò vergunt purgationem instituas: at quibus ne augeantur velis obsistere per opposita reuellere debes, Æstate & Hyeme naturas suas seruantibus: Aestate quidem bilis abundat, Hyeme verò pituita. Quapropter meritò Aestate per vomitum, Hyeme autem per aluum magis vacuandum est, cùm bilis, ob tenuitatem suam, feratur sursum; pituita verò, ob grauitatem, deorsum deturbetur.

V.

Ὑπὸ κύνα καὶ πρὸ κυνὸς, ἐργώδεες αἱ φαρμακεῖαι.

Sub Cane & ante Canem difficiles sunt medicationes.

Medicationes, hoc est, per medicamentum purgationes, & omnes aliæ magnæ, & insignes eua-

cuationes, quomodocunque fiant, molestæ sunt, graues, & noxiæ omni æstu magno: nam multi purgati hoc tempore incidunt in febres, & natura, ex æstu imbecillis, magis ex purgatione dissoluitur: praua etiam hoc nomine est purgatio, quòd calor ambientis in partem trahat extrinsecam, contrariam ei ad quam medicina ducit humores. Medicamentis tamen benignè & leniter purgantibus (qualia non fuerunt tempore Hippocratis) uti possumus, si visum ita fuerit, & res exigat.

V I.

Τοὺς ἰσχνοὺς καὶ εὐημέας ἄνω φαρμακεύειν, ὑποστελλομένους χειμῶνα.

Graciles & facilè vomentes purgare superius, cauentes Hyemem.

Magna ex parte graciles sunt biliosi. Si igitur hoc accesserit, vt sint ad vomendum faciles, per superiora purgandi sunt, nisi obsistat Hyems: nam purgamus Hyeme sæpius per inferiora.

V I I.

Τοὺς δὲ δυσημέας καὶ μέσως εὐσάρκους κάτω, ὑποστελλομένους θέρος.

Vomentes verò difficulter, & mediocriter carnosos, per inferiora, cauentes Æstatem,

Qui

Qui mediocriter carnosi non facilè vomunt, non sunt cogendi vt vomant, ne vas aliquod rumpatur in pulmonibus: sed purgandi sunt per inferiora, nisi impediat Æstas: hoc enim tempus per superiora purgationem magis requirit.

VIII.

Τοὺς δὲ φθινώδεας, ὑποστελλομένους τὰ ἄνω.

Tabidos, per inferiora, cauentes superiora.

Phthisi obnoxios purgamus deiectione, nec ad supernas per vomitum purgationes vnquàm ducimus, veriti scilicet instrumentorum quæ respirationi inseruiunt imbecillitatem: & ne pulmonis vlcera, propter commotionem illam quam vomitus excitat, irritentur.

IX.

Τοὺς δὲ μελαγχολικοὺς ἁδροτέρως τὰ κάτω, τῷ αὐτῷ λογισμῷ τἀναντία προστιθέντες.

Melancholicos verò plenius per inferiora, eadem ratione contraria apponentes.

Bilis, quia repit sursum, purganda est vomitu. Quia humor melancholicus grauis tendit deorsum, per inferiora, valentiore medicamento purgandus est deiectione, vt quò vergit vterque humor, eò per loca conuenientia ducatur.

X.

Φαρμακεύειν ἐν τοῖσι λίην ὀξέσιν, ἢν ὀργᾷ, αὐθημερὸν· χρονίζειν γὰρ ἐν τοῖσι τοιούτοισι κακόν.

Medicari in valde acutis, ſi materia turget, eadem die: tardare enim in talibus malum eſt.

In morbis peracutis, qui ſtatim circa primos dies in ſummo vigore ſunt futuri, vtendum eſt initio medicamento purgante, ſi materia turget: nam in eiuſmodi morbis malum eſt cunctari, ne ſcilicet robur diſſoluatur, febris caliditas augeatur, aut ad aliquod membrum principale decumbant ij qui per corpus vagantur humores, & mortem repentinam inducant.

XI.

Οκόσοισι στρόφοι καὶ περὶ τὸν ὀμφαλὸν πόνοι, καὶ ὀσφύος ἄλγημα μὴ λυόμενον μήτε ὑπὸ φαρμακείης, μήτ' ἄλλως, εἰς ὕδρωπα ξηρὸν ἱδρύεται.

Quibus adſunt tormina, & circa vmbilicum labores, & lumborum dolor, qui neq; à medicamento, neque aliter ſoluitur, Hydrops ſiccus contrahitur.

Tormina fiunt & propter morſum vehementem, & ſpiritum flatuoſum, qui non habet exitum, ſed in inteſtinorum inuolucris eſt interceptus. Quòd verò dolores ad tales diſpoſitiones conſe-

consequantur, nemini dubium. At cùm circa vmbilicum ac lumbos se firmauerint, neque à medicamentis sumptis, admotis, iniectis, purgantibus, digerentibus, anodynis, neque alijs soluuntur auxilijs, quædam est earum partium habitualis intemperies, quæ magna ex parte perseuerans in Hydropen transit qui tympanias appellatur, ab eo videlicet, quòd imus venter percussus talem sonum edit qualem tympana. Hippocrates nominauit hoc morbi genus, Hydropen, à tumoris similitudine, non tamen humidi tumoris, vt ascitem. In tympania est tumor à flatulento spiritu, in ascite ab humoris aquosi copia. Videtur autem à maiori frigiditate generari aquosus Hydrops, quem ascitem vocant, quoniam velut in vtre quodam in peritonæo humor continetur: à minori autem tympanias. Neque enim humida substantia in flatuosum aërem sine calore aliquo potest transmutari.

XII.

Ὁκόσοισι κοιλίαι λειεντεριώδεες, χειμῶνος φαρμακεύειν ἄνω, κακόν.

Quorum alui intestinorum leuitate laborant, hyberno tempore per superiora purgari, malum.

Lienteriæ causa, imbecillitas facultatis reten-

tricis ventriculi aut intestinorum est, aut distillatio multæ pituitæ, qua velut oblitæ sunt tunicæ ventriculi vnde lubricæ fiunt. Fit interdum & leuitas intestinorum ex aliqua exulceratione cuius humor acris & tenuis est causa: hic, etsi per superiora purgari debet, quoniam huiuscemodi humores magis fluitare soleant, quàm ad inferiora secedere, non tamen hoc Hyeme faciendum est, sicuti etiam superius est dictum. Pituitosus verò humor quando adhæserit intestinis, nunquam est per superiora purgandus, hoc est, per medicinam vomitoriam. Sola enim euomi natura apta sunt, quæ in ventriculo continentur: eorum verò quæ continentur in intestinis, nihil potest per vomitum euacuari.

XIII.

Πρὸς τοὺς ἐλλεβόρους τοῖσι μὴ ῥηϊδίως ἄνω καθαιρομένοισι, πρὸ τῆς πόσιος προϋγραίνειν τὰ σώματα πλείονι τροφῇ, καὶ ἀναπαύσει.

Qui non facile per superiora purgantur, ad veratrum admittendi sunt pleniore cibo & quiete corporibus ante potionem humectatis.

Qui non de facili per superiora purgari videatur, non oportet huiusmodi hominem ad helleborum ducere antequàm præparetur: hoc autem fiet, si per continuos vomitus assuescat is qui sumpturus est helleborum, ad promptè vomendum:

Quod

Quod melius procedet prius humectando corpora: humectabuntur autem plurimo alimento atque quiete. Nam hellebori ſumptio periculum conuulſionis afferret ijs quibus nerui ſunt aliaq; corporis partes exiccatæ.

XIV.

Ἐπὴν πίῃ τις ἐλλέβορον, πρὸς μὲν τὰς κινήσιας τῶν σωμάτων μᾶλλον ἄγειν, πρὸς δὲ τοὺς ὕπνους καὶ μὴ κινήσιας ἧσσον. Δηλοῖ δὲ καὶ ἡ ναυτιλίη ὅτι κίνησις τὰ σώματα ταράσσει.

Cùm biberit quis helleborum, ad motiones quidem corporum ducere magis, ad ſomnos verò atque quietem minus. Indicat autem nauigatio turbari motione corpus.

Non tantum poſt helleborum, ſed & poſt omne medicamentum prodeſt ad deſcenſum humorum exercitatio. Indicat nauigatio: non enim mare tantùm prouocat ad vomitum, ſed & in mari corporis agitatio. Cæterum in ſomno & quiete naturales facultates magis agunt, ac purgans medicamentum quantum in ipſis eſt concoquunt, eiusq; actionem frangunt.

XV.

Ἐπὴν βούλῃ μᾶλλον ἄγειν τὸν ἐλλέβορον, κίνει τὸ σῶμα. ἐπὴν δὲ παῦσαι, ὕπνον ποίει καὶ μὴ κίνει.

Cùm voles helleborum magis ducere, moue corpus: cùm verò ſiſtere, ſomnum inducito nec moueto.

Non est absque ratione, quòd ea quæ sistunt purgationem, sint contraria ijs quæ cient vomitum. Si igitur motiones ciebant, sistent quietes, & multò magis somnus, in quo vires animales quiescunt, tum quæ per sensus feruntur, tum etiam quæ per musculos, in motibus voluntarijs.

XVI.

Ἐλλέβορος ἐπικίνδυνος τοῖσι τὰς σάρκας ὑγιέας ἔχουσι, σπασμὸν γὰρ ἐμποιέει.

Carnes sanas habentibus helleborus periculosus, facit enim conuulsionem.

Corpus sanum cognoscitur ex illæsis actionibus, quæ sunt à quatuor humorum proba temperie. Hi si se habent secundùm naturam, nec inuenit medicamentum, vllum humorem noxium in quem agat, partes sanas colliquat & depascitur, vt secretum succum familiarem sibi, quamuis probum, attrahat. Sed hæc attractio violenta, quàm sit periculosa, demonstrat conuulsio quæ ferè humiditatibus absumptis consequitur.

XVII.

Ἀπυρέτῳ ἐόντι ἀποσιτίη, καὶ καρδιωγμὸς, καὶ σκοτόδινος, καὶ στόμα ἐκπικρούμενον, ἄνω φαρμακείης δεῖσθαι σημαίνει.

Eum qui non febricitat, cibi fastidium, morsus oris ventriculi, vertigo, & oris amaritudo, purgatione indigere per superiora significat.

In eo

In eo qui febre vacat, appetentia deiecta, morsus oris ventriculi, vertigo, oris amaritudo, hi casus sunt communes humorum omnium mordacem habentium naturam, & qui alta petunt. Quare in huiusmodi dicit Hippocrates significari medico, quòd purgare debeat per superiora, vomitione: iuxta id quod alibi dixerat: Quò natura vergit, eo ducere.

XVIII.

Τὰ ὑπὲρ τῶν φρενῶν ὀδυνήματα, ὁκόσα καθάρσεως δέονται, ἄνω φαρμακείης δεῖσθαι σημαίνει· ὁκόσα δὲ κάτω, κάτω.

Dolores qui ſunt ſupra præcordia, quicunque egent purgatione, medicari oportere per ſuperiora ſignificant: quicunque autem infrà ſubſiſtunt, per inferiora.

Secundùm humorum infestantium motiones oportet etiam facere euacuationes, ita vt dolores qui superius sentiuntur, per vomitiones: qui verò inferius, per medicamenta subducentia curentur. In pleuritide tamen, peripneumonia, & dolore capitis, non est ciendus vomitus: quia materia committens illos morbos non est in ventriculo, nec in via per quam vomitione excernatur.

XIX.

Ὁκόσοι ἐν τῇσι φαρμακοποσίῃσι μὴ διψῶσι, καθαιρόμενοι οὐ παύονται πρὶν ἢ διψήσωσιν.

Qui medicamentis purgati non sitiunt, non cessant priusquam sitiant.

Finis iustæ purgationis est sitis, quando vacuatus ventriculus per medicamentum purgatorium siccatus est: Sitis enim fit à siccitate ex inopia frigidi & humidi. Sufficiens autem est ea quæ ex euacuatione prouenit siccitas hanc efficere, ac præterea ea quæ est medicamenti purgantis vis habentis aliquam, etsi non manifestam sensui, tamen latentem acrimoniam atque caliditatem.

XX.

Ἀπυρέτοισιν ἐοῦσιν ἢν γίνηται στρόφος, καὶ γουνάτων βάρος, καὶ ὀσφύος ἄλγημα, κάτω φαρμακείης δεῖσθαι σημαίνει.

Non febricitantibus si tormina acciderint, & genuum grauitas, & lumborum dolor, purgari per inferiora oportere significatur.

Facienda sunt euacuationes pro impetu & motione humorum noxiorum, quò per naturam impelluntur.

XXI.

Ὑποχωρήματα μέλανα, ὁκοῖον αἷμα μέλαν, ἀπ' αὐτομάτου ἰόντα καὶ ξὺν πυρετῷ, καὶ ἄνευ πυρετοῦ, κάκιστα. καὶ ὁκόσῳ ἂν τὰ χρώματα τῶν ὑποχωρημάτων πλείω πονηρότερα ᾖ, μᾶλλον κάκιον, ξὺν φαρμάκῳ δὲ, ἄμεινον, καὶ ὁκόσῳ ἂν πλείω χρώματα, οὐ πονηρά.

Deie-

Deiectiones nigræ, ſanguini atro ſimiles & ſponte procedentes, ſiue cum febre, ſiue ſine febre, peſſimæ: & quantò colores praui fuerint plures, deterius. A medicamento verò procedentes, meliores ſunt, idque quantò plures fuerint colores, non praui.

Deiectio hominis ſani ſubfulua eſt, mollis, cohærens, & non valde graueolens: aliæ qualitates quantò plures fuerint, tantò peiorem indicant deiectionem. Color aduſtionis & corruptionis eſt niger, ſitus albus ſimilis aſſumptis cibis, cruditatis. Multi quidem deiectionum colores praui, ſponte naturæ procedentes, multarum atque malarum in corpore diſpoſitionum ſunt ſigna: ducti verò à medicamento vim habente plures humorum ſpecies euacuare, nihil abſurdum ſignificant, ſed præualuiſſe naturam oſtendunt, quæ vitioſos humores vnà cum medicina ſuperauit.

XXII.

Νοσημάτων ὁκόσων ἀρχομένων ἢν χολὴ μέλαινα ἢ ἄνω ἢ κάτω ἐπέλθῃ, θανάσιμον.

Morbis quibuſlibet incipientibus, ſi atra bilis vel ſupernè vel infernè exierit, lethale.

In morborum initijs nihil excernitur naturæ conatu, aut lege, quæ ſuperflua non conſueuit

euacuare nisi cocta fuerint: Sed si quid tum excernitur, quum nulla adhuc apparent coctionis indicia, certum est id morbi vi fieri, & humoris malitia, à quo natura vehementer irritata cessit. Quo enim tempore à causis morbum facientibus natura grauatur, & adest cruditas humorum, tunc aliquid vtiliter euacuari est impossibile. Siquidem oportet coctionem praeire subsequi verò discretionem, & postea euacuationem. Itaq; post morbi coctionem, cùm aliquis humor vitiosus secretus excernitur, tunc corpus à natura expurgari, bonaq; fieri euacuatio rectè dicitur: Si verò aliter excernitur sine signis coctionis, exitialis est casus. Quare cùm in morbi principio semper sint signa cruditatis, mala existimanda est humorum talium in principio euacuatio.

XXIIII.

Ὁκόσοισιν ἐκ νουσημάτων ὀξέων, ἢ ἐκ πολυχρονίων, ἢ ἐκ τρωμάτων, ἢ ἄλλως πῶς λεπτυνομένοις χολὴ μέλαινα, ἢ ὁκοῖον αἷμα μέλαν ὑπέλθῃ, τῇ ὑστεραίῃ ἀποθνήσκουσι.

Quibuſcunque per morbos acutos vel diuturnos, aut vulnera, aut quemuis alium modum extenuatis, nigra bilis aut veluti ſanguis niger per inferiora ſubſederit, poſtridie moriuntur.

Viribus ob aliquem morbum vehementer imminutis, si atra bilis, hoc est bilis non naturalis, aut

aut humor melancholicus, hoc eſt, atra bilis naturalis exierit, mortem in proximo eſſe denuntiat huiuſmodi euacuatio. Nam cùm natura ſit imbecillis, adeò vt non poſſit concoquere, neque diſcernere, neque, vt conuenit excernere quæ ita praua exiſtunt, ea mortis moleſtiam in poſterum non differunt, propter virium imbecillitatem, & morbi magnitudinem. Porrò distinctio inter humorem melancholicum & atram bilem facilè deprehendi hinc poteſt.

XXIV.

Δυσεντερίη ἢν ἀπὸ χολῆς μελαίνης ἄρξηται, θανάσιμον.

Difficultas inteſtinorum, ſi ab atra bile inceperit, lethalis eſt.

Dyſenteria magna ex parte fit à bile flaua, abraſis primùm propter humorum acrimoniam, inteſtinis, deinde etiam exeſis, adeò vt exulcerentur. Hæc inteſtinorum difficultas ſæpe quidem ſanatur: ſed quæ ab atra bile fit, inſanabilis eſt omnino, cùm nihil differat à cancro exulcerato. Cancer autem internus occupans inteſtina, quia nihil imponi ſibi quod adhæreat patitur, & quia ſemper ab alimenti ſuperfluitatibus tangitur, eſt inſanabilis:

XXV.

Αἷμα ἄνω μὲν ὁκοῖον ἂν ᾖ, κακόν. κάτω δὲ, ἀγαθὸν μέλαν ὑποχωρέον.

Sanguinem quidem ferri ſuprà, qualiſcunque ſit, malum: infrà autem, bonum, cùm niger deiicitur.

Sanguinis excretionem, quæ fit non per nares, ſed per os, ait omninò eſſe malum, qualiſcunque fuerit is qui excernitur ſanguis, hoc eſt, ſiue ſpumoſus, ſiue rubeus ſiue flauus, ſiue niger, ſiue aquoſus, ſiue craſſus: nam apertionem alicuius vaſis in ſuperiori parte, aut rupturam ſignificat, idq; in viris præcipuè. Poteſt enim ſalubriter reddi ſanguis in mulieribus quibus purgationes menſtruæ conſtiterunt: vt patet lib. 5. Aphor. 32. Et in alijs etiam nonnunquam vtiliter excernitur, vt in mutilatis & cacochymis. Infrà verò ſanguinem atrum ferri per hæmorrhoidas, quando hominis natura multum talem accumulauerit ſanguinem, bonum: vt manifeſtum eſſe poteſt ex Aphoriſmo 11. lib. 6. Cùm verò dixerit antè deiectiones nigras eſſe peſſimas, hîc autem nigras deiectiones per hæmorrhoidas, vtiles, hinc planum fit à nigris deiectionibus diſtinguendas eſſe hæmorrhoidas.

XXVI.

Ην ὑπὸ δυσεντερίης ἐχομένῳ ὁκοῖαι αἱ σάρκες ὑποχωρήσωσι, θανάσιμον.

Difficultatem inteſtinorum habenti, ſi veluti carunculæ deiiciantur, lethale eſt.

Quando

Quando magnæ partes intestinorum excernuntur in dysenteria, vt possimus eas carnes nominare, lethalem ait esse morbum, cùm neque caro concrescere, neque cicatrix obduci in tali possit exulceratione.

XXVII.

Ὁκόσοισιν ἐν τοῖσι πυρετοῖσι αἱμοῤῥαγέει πλῆθος ὁκοθενοῦν, ἐν τῇσιν ἀναλήψεσι τουτέοισιν αἱ κοιλίαι καθυγραίνονται.

Quibus febricitantibus sanguinis fluxerit multitudo quacunque ex parte, cùm reficiuntur, iis alui humectantur.

Propterea quòd cum sanguine multo multum caloris natiui, & spirituum exhalauit, & quod remansit, conficiendo alimento non sufficit: ob id ex cruditate sequitur humiditas & lubricitas alui, durans donec vires suas natura recuperauerit.

XXVIII.

Ὁκόσοισι χολώδεα τὰ διαχωρήματα, κωφώσιος γινομένης παύεται, καὶ ὁκόσοισι κώφωσις, χολωδέων γινομένων παύεται.

Quibus biliosæ sunt deiectiones, hæ superueniente surditate cessant, & quibus surditas adest, superuenientibus biliosis deiectionibus, cessat.

Non de ea surditate quæ ex habitu difficulter soluitur, sed de ea quæ repentè in febribus vel

aliter fit, accurrente ad cerebrum bile, ſermo ipſi eſt. Ipſa ſiquidem bilis cùm meatus auditorios occupauerit, efficit ſurditatem: Cùm verò hinc ipſa natura expellente, ad excretionem peruenerit, ſoluit ſurditatem, & aluum deijcit, materia videlicet ſurditatis è ſupernis ad inferiora tranſlata. vide aphor. 60. lib. 4.

XXIX.

Ὁκόσοισι ἐν τῇσι πυρετοῖσιν ἑκταίοισιν ἐοῦσι ῥίγεα γίνεται, δύσκριτα.

Quibus in febribus ſexto die rigores fiunt, ij difficile iudicium afferunt.

Quicunque ad febres, & præcipuè ardentes, rigores ſuperueniunt, iudicium habere ſolent bonum atque perfectum, vbi in die iudicatorio fiunt, & cum ſignis coctionis: non bonum autem, neque perfectum, quando vel diei, vel coctionis ſigna fuerint imperfecta. Quapropter cùm iudicationes in dies intercidentes tranſlatæ ſuſpectæ eſſe debeant, quòd non naturæ motu, ſed morbi malitia fiant, certè diei ſexti iudicatio ſuſpecta ſit oportet, in quo nullus iudicatur morbus, niſi cum difficilibus ſymptomatis, & maximo periculo.

XXX.

Ὁκόσοισι παροξυσμοὶ γίνονται, ἣν αὖ ὥρην ἀφῇ ὁ πυρετὸς, ἐς τὴν αὔριον τὴν αὐτὴν ὥρην ἢν λάβῃ, δύσκριτα.

Qui-

Quibus acceſſiones fiunt, ſi febris quacunque hora dimiſerit, poſtero die eadem inuaſerit, iis difficulter ſoluitur.

Febrium interpellantium acceſſiones, quacunque hora obſeruata, febris dimiſerit, ſi eadem cras hora & poſtero die, ac deinceps occupauerit, iudicium habent difficile, ob cauſam quæ acceſſionem facit fixam, firmatam, & ſtabilitam: nam quæ firmata ſunt ægrè ſoluuntur, & in longum tempus durant.

XXXI.

Τοῖσι κοπώδεσιν ἐν τοῖσι πυρετοῖσιν, ἐς ἄρθρα καὶ παρὰ τὰς γνάθους μάλιστα αἱ ἀποστάσιες γίνονται.

In febribus in quibus laſſitudinis ſenſus eſt, in articulis & circa maxillas potiſſimùm abſceſſus fiunt.

Qui quomodocunque in febribus laſſitudinem habent, iis ad articulos & circa maxillas præcipuè fiunt abſceſſus. Hoc verò contingit propter eam quæ eſt in febribus caliditatem, ſublata plenitudine ad caput, & poſtea eam ſuſcipientibus articulis, & illis qui circa maxillas adenes exiſtunt: ſicuti qui circa inguina & alas ſunt, quando ad illas partes multitudo peruenerit.

XXXII.

Ὁκόσοισι δὲ ἀνισταμένοισιν ἐκ τῶν νούσων ἤ τι πονέει, ἐνταῦθα αἱ ἀποστάσιες γίνονται.

Quibus conualescentibus e morbis pars aliqua laborauerit, illic abscessus fiunt.

XXXIII.

Ἀτὰρ ἢν καὶ προπεπονηκός τι ᾖ πρὸ τοῦ νοσέειν, ἐνταῦθα στηρίζει ἡ νοῦσος.

Quin & si priusquam aliquis ægrotet, pars quædam doluerit, aut labore fatigata fuerit, in ea morbus firmatur.

Si cui ex morbo reualescenti, aut antequam ægrotet, pars aliqua corporis doleat, aut labore lassata sit, in eam morbus decumbit, hoc est, in ea futurus est abscessus per quem morbus ipse indicabitur, labore quidem rationem causæ obtinente, dolore verò signi. Dolor enim signum est abscessus qui fit, caliditas autem atque imbecillitas ad locum affectum prouehit superfluitates. Nam vbi aliqua pars affectus cuiuspiam occasione imbecillior est reddita, ex omnibus in illam confluere quæ superuacua sunt, est necesse, quæ tandem per abscessum expurgantur, nisi fortè per aliam viam deriuata, natura eduxerit, antequàm firmetur abscessus.

XXXIV.

Ἢν ὑπὸ πυρετοῦ ἐχομένῳ, οἰδήματος μὴ ἐόντος ἐν τῇ φάρυγγι πνὶξ ἐξαίφνης ἐπιγένηται, θανάσιμον.

Si fe-

Si febricitanti, nullo exiſtente in faucibus tumore, ſtrangulatio ſubitò accidit, lethale.

Cùm vehemens febris indigeat, pro refrigerio cordis plus quàm par eſt calfacti, abundanti inſpiratione, ſit vt in præſentaneum vitæ diſcrimen adducantur febricitantes, qui repentè ſuffocantur, ob eum defectum inſpirationis, qui ſit vel à conuulſione muſculorum laryngis, vel ab inflammatione in faucibus aut gutture facta, vel quia ſiccitate tenduntur ipſi muſculi: præſertim cùm nullus tumor exiſtit in faucibus. Tumorem enim & ruborem apparere, aut in externas partes conuerti, id quidem ſignificat cynanchen minus periculoſam eſſe, & humores noxios à partibus nobilibus ad ignobiles transferri à natura.

XXXV.

Ἢν ὑπὸ τοῦ πυρετοῦ ἐχομένῳ ὁ τράχηλος ἐξαίφνης ἐπιστραφῇ, καὶ μόγις καταπίνειν δύνηται, οἰδήματος μὴ ἐόντος, θανάσιμον.

Si febricitanti collum repentè peruertitur, & vix poteſt deglutire, tumore nullo apparente, lethale.

Cùm neq; ore aperto in faucibus, neq; extrinſecus apparuerit tumor, hominem verò febrientem contigerit non poſſe deuorare, vertebris ad anteriorem regionem ceruicis luxatis, ſymptoma

est lethale, proueniens ex inflammatione musculorum gulam munientium, aut gulæ ipsius. Est enim communio quædam partibus istis per ligamenta & neruos cum spinali medulla & membranis ipsam ambientibus, ac præterea ossibus vertebrarum, quæ his extrinsecus adiacent. Extentis itaque ad partes inflammatas ligamentis & neruis, trahi vertebras, vel intrò, vel ad latus, est necessarium.

XXXVI.

Ἱδρῶτες πυρεταίνουσιν ἢν ἄρξωνται, ἀγαθοὶ τριταῖοι, καὶ πεμπταῖοι, καὶ ἑβδομαῖοι, καὶ ἐνναταῖοι, καὶ ἑνδεκαταῖοι, καὶ τεσσαρεσκαιδεκαταῖοι, καὶ ἑπτακαιδεκαταῖοι, καὶ μιῇ καὶ εἰκοστῇ, καὶ ἑβδόμῃ καὶ εἰκοστῇ, καὶ τριακοστῇ πρώτῃ, καὶ τριακοστῇ τετάρτῃ. οὗτοι γὰρ οἱ ἱδρῶτες νούσους κρίνουσιν· οἱ δὲ μὴ οὕτως γινόμενοι, πόνον σημαίνουσι, καὶ μῆκος νούσου, καὶ ὑποθροπιασμός.

Sudores febricitantibus si euenerint tertio die, & quinto, & septimo, & nono, & vndecimo, & decimoquarto, & decimoseptimo, & vigesimo primo, & vigesimoseptimo, & trigesimo primo, & trigesimo quarto, boni sunt: ij enim sudores iudicant morbos. Qui autem secus eueniunt, laborem significant longitudinémque morbi, & recidiuam.

Sudores ſaluberrimi cenſentur in omnibus acutis morbis, ſi diebus iudicatorijs oriantur febremq́ finiant: contrà, inutiles, qui id efficere non poſſunt, quiq́ diebus accidunt non iudicatorijs.

XXXVII.

Οἱ ψυχροὶ ἱδρῶτες ξὺν μὲν ὀξεῖ πυρετῷ γινόμενοι, θάνατον. ξὺν πρηϊτέρῳ δὲ, μῆκος νούσου σημαίνουσι.

Sudores frigidi cum acuta febre facti, mortem ſignificant: cum mitiore autem longitudinem morbi.

Frigidi ſudores ſic è corpore manantes cum acuta febre facti, mortem ſignificant: quippe tantam humorum frigidorum in corpore copiam eſſe monſtrant, vt neque à natiuo calore, neque à febrili poſſint calfieri, vnde naturæ (quæ ſecundùm Hippocratem eſt calor naturalis) extrema imbecillitas, vel eiuſdem extinctio, atque adeò mors in propinquo eſſe intelligitur. Sudor verò frigidus ſi fiat, remiſſis exiſtentibus febribus, contingit ſaluari hominem, concocta in tempore multitudine humorum, atque euicta à natura.

XXXVIII.

Καὶ ὅκου ἔνι τοῦ σώματος ἱδρὼς, ἐνταῦθα φράζει τὴν νοῦσον.

Qua parte corporis ſudor eſt, ibi morbum eſſe oſtendit.

Sudores à natura ipſa propellente facti, non à cauſa externa, membrorum patientium humiditatem euacuant.

XXXIX.

Καὶ ὅκου ἔνι τοῦ σώματος θερμὸν ἢ ψυχρὸν, ἐνταῦθα ἡ νοῦσος.

Et qua in parte calor aut frigus eſt, ibi morbus eſt.

Si in parte aliqua, aut etiam in toto corpore caliditas inſignis fuerit, aut frigiditas ſponte prodiens & perſeuerans, hîc neceſſarium eſt eſſe morbum: hoc enim recedit à temperie naturali, quæ ſanitas eſt: ſanitas autem commoderatio, calidi, frigidi, humidi, ſicci.

XL.

Καὶ ὅκου ἐν ὅλῳ τῷ σώματι μεταβολαὶ, καὶ ἢν τὸ σῶμα καταψύχηται ἢ αὖθις θερμαίνηται, ἢ χρῶμα ἕτερον ἐξ ἑτέρου γίνηται, μῆκος νούσου σημαίνει.

Et vbi in toto corpore mutationes fiunt, & modò corpus frigeſcit, modò caleſcit, aut color alius ab alio fit, morbi longitudinem ſignificant.

Mutationes qualitatum atque colorum, humores morbum efficientes oſtendunt, qui cùm diuerſi ſunt, ad eos concoquendos natura ipſa longo indiget tempore. Pro dominante verò humore diuerſi fiunt, & apparent in cute colores: cæterùm

omnia

omnia varia ſunt periculoſa in alimentis, in deiectionibus, vrinis, ſputis, &c.

X L I.

Ἱδρὼς πολὺς ἐξ ὕπνου ἄνευ φανερῆς αἰτίης γινόμενος τῷ σώματι, σημαίνει ὅτι πλείονι τροφῇ χρέεται. ἢν δὲ τροφὴν μὴ λαμβάνοντι τοῦτο γίγνηται, σημαίνει ὅτι κενώσιος δέεται.

Sudor multus ex ſomno factus abſque cauſa manifeſta, corpus vti pluri cibo ſignificat: Si verò cibum non accipienti hoc accidat, ſcire oportet quòd euacuatione indiget.

Sudoris multitudo abſque cauſa manifeſta, altera duarum cauſarum fit, vel propter ciborum qui ſunt recenter aſſumpti immoderantiam, vel illorum qui antea. Quod ſi propter recenter aſſumptos, prohibere oportet ne plures aſſumant. Quod ſi propter prius aſſumptos, euacuare.

X L I I.

Ἱδρὼς πολὺς ψυχρὸς ἢ θερμὸς αἰεὶ ῥέων, ὁ ψυχρὸς μείζω, ὁ δὲ θερμὸς ἐλάσσω νοῦσον σημαίνει.

Sudor multus frigidus vel calidus aſſiduè fluens, frigidus quidem longiorem, calidus autem breuiorem morbum ſignificat.

Sudor frigidus craſſam & multam materiam oſtendit, quæ non facilè diſcuti, aut à calore vinci queat, ideoq; longitudinem etiam morbi ſignificat: calidus verò materiam tenuem, & quam promptè concoquere ac diſcutere natura poſſit, ac ideo breuiorem morbum portendit: hîc autem agit de ſudore qui erumpit, non in die iudicatorio, ſed in toto morbi tempore.

XLIII.

Οἱ πυρετοὶ ὁκόσοι μὴ διαλείποντες διὰ τρίτης ἰσχυρότεροι γίνονται, μᾶλλον ἐπικίνδυνοι. ὅτῳ δ᾽ ἂν τρόπῳ διαλείπωσι, σημαίνει ὅτι ἀκίνδυνοι.

Quæcunque febres non intermittentes tertio die validiores redduntur, periculoſæ exiſtunt: quoquomodo autem intermiſerint, periculum abeſſe ſignificant.

Continuæ febres quæ ad infebricitationem non deſinunt, ſi tertio quoque die exacerbentur, vt ſemitertianæ, periculoſiores ſunt intermittentibus: quocunque enim modo intermiſerint, periculum abeſſe ſignificatur, hoc eſt, ſiue vehemens, ſiue longa fuerit acceſſio, eo enim tempore quo vacant febre, virtus ſe recolligere poteſt.

XLIV.

Ὁκόσοισι πυρετοὶ μακροὶ, τουτέοισι φύματα ἐς τὰ ἄρθρα ἢ πόνοι ἐγγίνονται.

Quos

Quos diuturnæ febres exercent, iis vel tubercula, vel dolores in articulis fiunt.

Propter multitudinem, vel craſſitiem, vel frigiditatem humorum efficientium febres, plerunq; morbi in longum extenduntur, cùm longum exigant tempus ad coctionem. Par igitur eſt ob hæc & abſceſſus fieri, & ad articulos ſuperfluitatem decumbere. Non autem ſemper hoc fit, ſicuti neq; quicquam aliud huiuſmodi, ſed magna ex parte videlicet contingere videtur.

XLV.

Ὁκόσοισι φύματα ἐς τὰ ἄρθρα ἢ πόνοι ἐκ πυρετῶν γίνονται, οὗτοι σιτίοισι πλείοσι χρέονται.

Quibus tubercula, vel dolores in articulis fiunt poſt diuturnas febres, ij pluribus cibis vtuntur.

Conualeſcentibus repletis rationabile eſt hæc aduenire ſymptomata: nam cùm poſt febres longas cibos ingerant ſupra mediocritatem aut virium menſuram, fieri non poteſt vt rectè concoquant. Igitur vt multa excrementa coaceruent neceſſe eſt, quæ ſi ad cutem protruduntur, tubercula; ſin ad articulos, dolores excitant.

XLVI.

Ἢν ῥῖγος ἐμπίπτῃ πυρετῷ μὴ διαλείποντι, ἤδη ἀσθενεῖ ἐόντι θανάσιμον.

Si rigor incidat febre non intermittente, ægro iam debili, lethale eſt.

Frigus, minima: horror, maior: rigor eſt totius corporis concuſſatio maxima, quæ ſi ſit irrita, & quam nulla ſequatur euacuatio, quæ faciat intermiſſionem ægro iam debili, in hoc vltimo naturæ conatu lethale ſignum eſt, indicans ſummam imbecillitatem naturæ, quæ ſolita in rigoribus noxios humores euacuare, nunc id efficere non poſſit, quòd victa ceciderit, & extinctioni proxima ſit.

XLVII.

Αἱ ἀποχρέμψιες, αἱ ἐν τοῖσι πυρετοῖσι μὴ διαλείπουσι πελιδναί, καὶ αἱματώδεες, καὶ δυσώδεες, καὶ χολώδεες, πᾶσαι κακαί. ἀποχωρέουσαι δὲ καλῶς, ἀγαθαί. καὶ κατὰ τὰς διαχωρήσιας, καὶ κατὰ τὰ οὖρα. ἢν δὲ μή τι τῶν συμφερόντων ἐκκρίνηται, διὰ τῶν τόπων τούτων, κακόν.

Excretiones in febribus non intermittentibus, liuidæ, cruentæ, fœtidæ & balioſæ, omnes malæ. Sed ſi proſperè excernuntur, ſiue per aluum, ſiue per vrinas, bonæ. Si verò aliquid eorum quæ non confert excerni, per hæc loca excernitur, malum.

Indicia quòd aliqua benè excernantur, maxima ſunt, & coctio, & bona tolerantia: cum ipſis verò & morbi ſpecies, & cum his tempus anni, & regio,

& regio, & ætas, & natura ægrotantis. Quæ omnia concurrunt ad hoc, vt facilè ferat æger, & leuetur morbus. Liuidæ deiectiones, partium vnde excernuntur, mortificationem: Cruentæ, vasorum apertionem, aut erosionem à biliosis humoribus factam significant: fœtidæ putrefactionem: biliosæ, abundantiam bilis in continuis febrib. ostendunt. excretiones autem, etiam per se prauæ si benè exeant, bonæ: nam partem malè affectam expurgant, quæ fieri solent peracta iam coctione & ægro facilè tolerante. Siquidem indicia laudabilium excretionum maxima, sunt coctio, & bona tolerantia. Sed si aliquid eorum, quæ non iuuant, hoc est, quæ non leuant morbum excreta, excernitur, non bonum.

XLVIII.

Ἐν τοῖσι μὴ διαλείπουσι πυρετοῖσιν, ἢν τὰ μὲν ἔξω ψυχρὰ ᾖ, τὰ δὲ ἔνδον καίηται, καὶ δίψαν ἔχῃ, θανάσιμον.

In febribus non intermittentibus, si partes exteriores sint frigidæ, & interiores vrantur & sitim habeant, lethale est.

Quando aliqua fortis inflammatio in parte corporis profundiori, vel erysipelas euenerit, totus ex toto corpore sanguis ad locum trahitur patientem, atque ideo vruntur profunda, sed cutis refrigeratur, vt fit in principijs accessionum, quod signum est exitiale.

XLIX.

Ἐν μὴ διαλείποντι πυρετῷ, ἢν χεῖλος, ἢ ὀφρὺς, ἢ ὀφθαλμὸς, ἢ ῥὶς διαστραφῇ, ἢν μὴ βλέπῃ, ἢν μὴ ἀκούῃ, ἤδη ἀσθενέος ἐόντος τοῦ σώματος, ὅτι ἂν τουτέων γένηται, ἐγγὺς ὁ θάνατος.

Si in febre non intermittente, labrum aut ſupercilium, aut oculus, aut naſus peruertatur, ſi non videat nec audiat, imbecillo iam exiſtente corpore, quicquid horum acciderit, mors in propinquo eſt.

Partium fiunt peruerſiones tenſis atq; ad ſua principia contractis ijs neruis qui ad eas pertingunt. Quod cum acciderit febre exiſtẽte continua & ægro debili, non abſque ratione mortem eſſe vicinam eſt exiſtimandum: multò autem magis quando non audiat aliquis, vel non videat, propter virtutis animalis imbecillitatem.

L.

Ὅκου ἂν ἐν τῷ πυρετῷ μὴ διαλείποντι δύσπνοια γένηται καὶ παραφροσύνη, θανάσιμον.

Quando in febre non intermittente difficultas ſpirandi & delirium accidit, lethale eſt.

Fit interdum ex eadem cauſa vtrunque horum, & difficultas ſpirandi & delirium, patiente videlicet cerebro, & tunc apparet ſpiritus magnus & rarus. Contingit etiam ſpirandi difficultas ob

tas ob aliquam earum partium, quæ respirationi obseruiunt, passionem. Nam & morbus lateralis, & pulmonis inflammationes, & reliquæ thoracis atque pulmonis passiones spirandi faciunt difficultatem. Hæc verò omnia periculosa sunt, præsertim febre continua adiuncta: Nam semper cum tali fieri consueuerunt, quæ & ipsa per se satis est efficax sola, vt vires deijciat atque prosternat.

L I.

Ἐν τοῖσι πυρετοῖσιν ἀποστήματα μὴ λυόμενα πρὸς τὰς πρώτας κρίσιας, μῆκος νόσου σημαίνει.

In febribus, abscessus qui in primis iudicationibus non soluunt morbum, eiusdem longitudinem significant.

Liquet hoc ipso sermone, quòd quæ ad primas iudicationes non soluuntur ægritudines, vel quia natura est imbecilla, vel quia materia est contumax, diu sint duraturæ, nisi mortem anticipent.

L I I.

Ὁκόσοισιν ἐν τοῖσι πυρετοῖσιν ἢ ἐν τῇσιν ἄλλῃσιν ἀῤῥωστίῃσι κατὰ προαίρεσιν ὀφθαλμοὶ δακρύουσιν, οὐδὲν ἄτοπον. ὁκόσοισι δὲ μὴ κατὰ προαίρεσιν, ἀτοπώτερον.

Qui in febribus aut in aliis morbis voluntariè illacrymant, nihil absurdi est: Qui verò non voluntariè absurdius.

Lacrymæ non sponte exeuntes ostendunt magnam imbecillitatem facultatis naturalis retentricis. Idem est iudicium de excrementis, vrinis, quæ ne in lecto quidem retinentur. Habendum tamen hoc in animo, quòd signa à facultate naturali singula sunt valde imbecilla, nisi consensu aliorum firmentur, in turba valere possunt.

LIII.

Ὁκόσοισι δὲ ἐπὶ τῶν ὀδόντων ἐν τοῖσι πυρετοῖσι περὶ γλίσχρα γίνεται, ἰσχυρότεροι γίνονται οἱ πυρετοί.

Quibus in febribus iuxta dentes lentores nascuntur, iis febres vehementiores fiunt.

Neque enim nasci possunt huiuscemodi lentores sine caloris multitudine pituitosiorem humiditatem exsiccante.

LIV.

Ὁκόσοισιν ἐπὶ πολὺ βῆχες ξηραὶ βραχέα ἐρεθίζουσαι ἐν πυρετοῖσι καυσώδεσιν, οὐ πάνυ τι διψώδεές εἰσιν.

Quibus tusses siccæ modicè irritantes in ardentibus febribus diu durant, ij non admodum siticulosi sunt.

Siccas tusses illas nominat in quibus nihil expuitur, quæ si leniter irritantes in febribus ardentibus acciderint, ob motum in ipsis factum ex locis vicinis aliquis trahitur humor, quo madescunt loca quæ ad asperam arteriam pertinent,

adeò,

adeò, vt hoc nomine minus ſiticuloſi ægri fiant, non quòd careant ſiti, ſed quòd non admodum, nec vt febris magnitudo exigit, ſitiant.

LV.

Οἱ ἐπὶ βουβῶσι πυρετοὶ, πάντες κακοὶ πλὴν τῶν ἐφημέρων.

Febres ex inguinum bubonibus ortæ, omnes malæ, præter diarias.

Ex inguinum tumoribus ortæ febres, malæ: nam viſcera ipſa atque adeo partes principes malè eſſe affectas ſignificant, vtpote quæ ſuperuacua à ſe repellant in adenas, promptè hæc eadem ſuſcipientes. Excipit ipſe diarias, quarum proprium eſt, vt à cauſa aliqua externa incipiant, & vnica die durent quantum eſt ex ipſarum natura.

LVI.

Πυρέσσοντι ἱδρὼς ἐπιγινόμενος, μὴ ἐκλείποντος τοῦ πυρετοῦ, κακόν. μηκύνει γὰρ ἡ νοῦσος, καὶ ὑγρασίην πλείω σημαίνει.

Febricitanti ſi ſudor crebrò accidit febre non deficiente, malum: Prorogatur enim morbus, & multam ſignificat humiditatem.

Sudor hic malus eſt, quia præter id quod morbum non ſoluit, etiam ipſum prorogari oſtendit. Cauſam verò prorogationis multam ait eſſe hu-

miditatem, quam natura breui tempore concoquere non poteſt. Econtrariò, ſudor eſt bonus, qui ſponte prodiens in die iudicatorio morbum ſoluit, alio quippe die factus verius ſymptomaticus dicetur quàm criticus.

LVII.

Ὑπὸ σπασμοῦ ἢ τετάνου ἐνοχλουμένῳ πυρετὸς ἐπιγενόμενος, λύει νόσημα.

Qui à conuulſione aut diſtentione tenetur neruorum, febre ſuperueniente liberatur.

Cùm morbi ex repletione, curentur euacuatione, rectè ſuperuenit conuulſioni febris, quæ ſuo calore digerat aut abſumat materiam illam craſſam conuulſionis ex repletione factæ: Nam bona ratione dictum eſt ſuperius, conuulſiones quæ febres antecedunt non eſſe lethales, eas autem quæ ſequuntur, vt quæ ſunt à ſiccitate, valde pernicioſas eſſe. Porrò conuulſiones ſunt numero tres, Opiſthotonus, tenſio ad poſteriora: Emproſthotonus, tenſio ad anteriora: Tetanus, æqualis tenſio.

LVIII.

Ὑπὸ καύσου ἐχομένῳ ἐπιγενομένου ῥίγεος, λύσις γίνεται.

Qui ardente febre correptus eſt à morbo, liberatur ſi rigor ſucceſſerit.

Quum febris ardens non fiat niſi à bile in venis putreſcente, rigor autem non accidat niſi vbi

per ſenſiles corporis partes bilis veloci motu defertur, poſt quem alui ſoluũtur, & ſudores, & vomitus bilioſi ſuperueniunt, rationabile eſt vt ipſa bile (ex qua febris ardens habuit ortum) expurgata, ſoluatur febris.

LIX.

Τριταῖος ἀκριβὴς κρίνεται ἐν ἑπτὰ περιόδοισι, τὸ μακρότατον.

Tertiana exquiſita in ſeptem circuitibus quàm tardiſſimè iudicatur.

Tertiana febris ab ea qua ardens nominatur, humore faciente, non differt: vtraque enim à flaua bile fit. Differens autem, quoniam febris ardens habet in venis vnà cum ſanguine flauam bilem plurimam ebullientem: Tertiana verò eandem bilem habet in toto corpore fuſam. Exquiſita dicitur quòd ex ſyncero ſimplicíq; humore bilioſo procreetur, vt differat à notha tertiana, quæ non à ſimplici, ſed miſto humore generatur. Quando enim bilis maxima ex parte pituitæ miſcetur, ſpuria fit tertiana & notha. Simplex itaq; tertiana exquiſita ſeptenos circuitus non excedit: Circuitus autem dicitur ſimilis ad idem reditus. Quo fit vt tertiana febris ſeptima ab initio acceſſio in decimum tertium diem incidit, & ſæpius in ipſo morbus iudicatur, non expectato decimo quarto die. Sicuti igitur in morbis continuis acutorum quidem morborum terminus eſt decimus

quartus, peracutorum verò ſeptimus, ſic in intermittentibus longiſſima tertiana febris terminum habet circuitum ſeptimum. Rurſus autem ſicuti in peracutis, morbus poterat indicari tertio, & quarto, & quinto die, ſic & in tertiana eiſdem circuitibus fieri ſolutio poteſt, non expectante natura ſeptimum. Quod enim in continuis vna dies valet, hoc in intermittentibus acceſſio.

L X.

Ὁκόσοισιν δὲ ἐν τοῖσι πυρετοῖσι τὰ ὦτα κωφωθῇ, αἷμα ἐκ ῥινῶν ῥυὲν, ἢ κοιλίη ἐκταραχθεῖσα λύει τὸ νόσημα.

Quibus in febribus aures obſurduerint, iis ſanguis è naribus profluens, aut aluus turbata morbum ſoluit.

Nihil mirum eſt, ſi euacuatis aut tranſmutatis noxiis humoribus, ceſſent paſſiones, ſublatis nimirum cauſis, ſi tollantur effectus.

L X I.

Πυρέσσοντι ἢν μὴ ἐν περισσῇσιν ἡμέρῃσιν ἀφῇ ὁ πυρετὸς, ὑποτροπιάζειν εἴθεων.

Febricitantem, niſi diebus imparibus febris reliquerit, reuerti ſolet.

Niſi febris ſoluatur bona criſi, per inſignem euacuationem humoris noxii iam concocti, quo tramite magis conueniat, reliquias morbi ſupereſſe argumento eſt recidiua. Porrò concoctionis &

euacua-

euacuationis tempus idoneum solis imparibus assignare diebus superstitiosum arbitror, necnon alienum ab Hippocratis & Galeni doctrina, qui subinde criticos appellant quartum, decimumquartum, vigesimum, trigesimumquartum, quadragesimum. Quare cum pares sint etiam critici, melius legetur: criticis, quàm imparibus. Vbi maxima fit exacerbatio, ibi fit crisis, quæ vt incipiat ab impari, sæpe tamen finitur pari. Quare febris ea recidiua periculo vacat, quæ non impari, sed critico die soluta est.

LXII.

Ὁκόσοισιν ἐν τοῖσι πυρετοῖσιν ἴκτεροι ἐπιγίνονται πρὸ τῶν ἑπτὰ ἡμερῶν, κακόν.

Quibus in febribus morbus regius ante septimum diem accidit, malum.

Icterus aliquando fit in morborum indicationibus iecore nequaquam malè affecto, quando natura flauam bilem ad vniuersum corpus, & ad cutem effundit. aliquando etiam fit hepate malè se habente: nam hepatis vitia, ex quibus icterus solet aduenire, tria sunt, scirrhus, inflammatio, & obstructio. Verùm scirrhus quidem diutinus morbus existit: inflammatio verò & obstructio etiam repentè fieri possunt: & ij qui regij morbi ante septimum diem accidunt, hoc habent mali, quòd hepar inflammatione aut obstru-

ctione laborare portendant. Neque enim icterus ex indicatione tam citò nasci potuit, quòd hac ipsa ante septimum diem fieri non possit.

L XIII.

Ὁκόσοισιν ἐν τοῖσι πυρετοῖσι καθ' ἡμέρην ῥίγεα γίνεται, καθ' ἡμέρην οἱ πυρετοὶ λύονται.

Quibus in febribus quotidie rigores fiunt, quotidie febres soluuntur.

Cùm rigores accidant, bile per omnem corporis habitum mota, cumq́ singulis accessionibus expurgetur ipsa atque euacuetur, non absque ratione talium febrium intermissio ad infebricitationem peruenit, hoc est, quotidie sine febre sunt ipsi ægroti: sed resoluto in prima accessione putri humore, remanet vestigium, & putredinis aliquod veluti seminarium, in quo postero vel alio deinceps die sequente rursus putrescit humor, vnde noua fit accessio. fietq́ dum putridorum in corpore humorum soboles aliqua manebit.

L X I V.

Ὁκόσοισιν ἐν τοῖσι πυρετοῖσι τῇ ἑβδόμῃ, ἢ τῇ ἐννάτῃ, ἢ τῇ ἑνδεκάτῃ, ἢ τεσσαρεσκαιδεκάτῃ ἴκτεροι ἐπιγίνονται, ἀγαθὸν, ἢν μὴ τὸ δεξιὸν ὑποχόνδριον σκληρὸν ᾖ, ἢν δὲ μὴ, οὐκ ἀγαθόν.

Quibus in febribus morbus regius septimo, vel nono, vel vndecimo, vel quarto decimo

cimo

cimo successerit, bonum: nisi dextrum hypochondrium durum fuerit: si verò non, non bonum.

Ante septimum diem morbum regium accidere, malum omnino: Post septimum verò, quia benè potest fieri in die iudicatorio, natura scilicet bilem flauam, vnde procreata est febris, ad cutem iudicatoriè reponente, bonum: nisi dextrum hypochondrium obdurucrit, id est, nisi aliquis malus affectus, ex ijs quos antea diximus, hepati acciderit. Non expurgato enim qui in ipso est sanguine, neque translata bile ex venis ad meatus bilem excipientes, siue obstructio fuerit in locis per quæ transfertur, siue inflammatio aliqua, vel scirrhus, necessarium est omninò non expurgari sanguinem, & vnà cum ipso bilem per totum corpus deferri: vnde morbus regius generatur.

LXV.

Ἐν τοῖσι πυρετοῖσι περὶ τὴν κοιλίην καῦμα ἰσχυρὸν καὶ καρδιωγμὸς, κακόν.

In febribus circa ventriculum vehemens æstus, & cordis morsus, malum.

Fortis ventriculi æstus in acutis febribus à flaua bile in ipsius tunicis ebulliente generatur. Rationabiliter autem ijs qui ita affecti sunt, & os ventriculi (quod antiqui cardiam, & eius dolorem cardialgiam, sicut eiusdem morsum car-

diogmon appellauerunt) mordetur, atque ob id diogmon, malus est casus. Si quis verò per cardiogmon, & præcipuè crebrum & velocem cordis motum, extremum ex similem palpitationi intellexerit, extremum ex eo malum significatur, vim scilicet vitalem maximo incendio teneri.

LXVI.

Ἐν τοῖσι πυρετοῖσι τοῖσιν ὀξέσιν οἱ σπασμοὶ καὶ οἱ περὶ τὰ σπλάγχνα πόνοι ἰσχυροὶ, κακόν.

In febribus acutis conuulsiones, & circa viscera vehementes dolores, malum portendunr.

Febres vehementes veluti ignis neruos exsiccantes, eos extendunt atque conuellunt, atque ita malas afferunt conuulsiones, nimirum ex inanitione & siccitate. Nonnunquam verò propter incendij vehementiam ac siccitatem dolores circa viscera sentiuntur: viscera quidem, renes, pulmones, hepar, lien, cerebrum, habent venas & arterias; sed quia neruosa non sunt, propriè non dolent, circa ipsa verò dolores fiunt.

LXVII.

Ἐν τοῖσι πυρετοῖσιν οἱ ἐκ τῶν ὕπνων φόβοι ἢ σπασμοὶ, κακόν.

In febribus à somno pauores, vel conuulsiones, malum.

Pauo-

Pauores in febribus à ſomno, melancholicorum humorum copiam caput per ſomnum replentium & aggrauantium, ſignificant: Conuulſiones autem pituitoſorum humorum multitudinem oſtendunt. Porrò ſomnus hîc accipiendus eſt, qui fit in declinatione febris & tempore conuenienti, in quo ſi noceat cùm deberet tum iuuare, malus eſt.

LXVIII.

Ἐν τοῖσι πυρετοῖσι τὸ πνεῦμα προσκόπτον, κακόν. σπασμὸν γὰρ σημαίνει.

In febribus ſpiratio quaſi interrupta ſubſiſtens, malum: Conuulſiones enim ſignificat.

Spiratio ſubſiſtens & interrupta conuulſionem ſignificat, eamq; ex ſiccitate ortam, quam quidem acuta febris, muſculos & neruos thoracem mouentes plus iuſto exſiccans, procreauit.

LXIX.

Ὁκόσοισιν οὖρα παχέα, θρομβάδεα, ὀλίγα οὐκ ἀπυρέτοισι, πλῆθος ἐπελθὸν ἐκ τουτέων λεπτὸν, ὠφελέει. μάλιστα δὲ τὰ τοιαῦτα ἔρχεται οἷσιν ἐξ ἀρχῆς ἢ διὰ ταχέων ὑπόστασιν ἴσχει.

Quibus adhuc febricitantibus vrinæ ſunt craſſæ, grumoſæ, paucæ, multitudo earum tenuis ſuperueniens iuuat: præcipuè verò tales veniunt, quibus ab initio, vel non ita multò pòſt, ſedimentum ineſt.

Non simpliciter vrinas crassas dixit, sed & grumosas adiecit, duorum alterum ostendens, vel crassitudinis quantitatem, vel consistentiæ inæqualitatem ac diuulsionem, ita vt plures veluti grumi ipsarum consistentiæ circunscriptæ appareant. Porrò non absque ratione, crassæ vel grumosæ vrinæ sunt multitudine paucæ, vt quæ vix pertranseant renes per angustias, veluti per colum defæcatorium emunctæ. Cùm itaque maior pars talium humorum malorum fuerit euacuata & reliquum simul concoctum, tunc excernuntur multò tenuiores prioribus: Tenuiores dico, non tenues absolutè: Nam quæ secundùm naturam sunt, neque tenues existunt, neque crassæ, cùm hæ naturæ laborem in segregando & expellendo humorum copiam significent, illæ verò morbi & succorum in venis cruditatem. Sed laudabiles medium tenent inter vtrunque excessum, & cùm mediocritatem habeant, crassiores sunt tenuibus aut aquosis, tenuiores autem grumosis. Verùm ideò multæ excernuntur, quia priùs fuere retentæ, quo tempore crassæ existentes difficulter exibant. Fiunt autem & sine febre tales vrinæ, natura expurgante per renes totius corporis superfluitates: fiunt etiam in febre quæ à multitudine & crassitie humorum ortum habet, quorum ratione sedimentum in fundo matulæ apparet initio morbi, non lege naturæ, quæ coctionem ini-

tio

tio non perficit, sed ratione grauitatis materiæ descendentis ad imum. Quo fit vt tale sedimentum boni nihil portendat. Vrinæ diiudicantur laudabiles substantia inter tenuem & crassam, colore subaureo, quantitate respondente potui, contentis albis, leuibus, & æqualibus. Contenta trifariam diuisa. Quæ in fundum matulæ descendunt, hypostases dicuntur: Quæ ad medium concesserunt, enæoremata id est, sublationes: Quæ verò ad superficiem peruenerunt, nubes. Porrò in hoc differunt, quòd hypostasis si bona sit, primum obtineat bonitatis locum, enæorema secundum, & nebula tertium. Præterea enæoremata materiam tetigisse hypochondria, viscera, & pectus arguunt: Nubes affectum in capite esse. In biliosis autem morbis cùm nulla ferè habeatur hypostasis, aut prorsus minima, satis est si enæorema appareat, aut nubes.

LXX.

Ὀκόσοισι δὲ ἐν πυρετοῖσι τὰ οὖρα ἀνατεταραγμένα οἷον ὑποζυγίου, τουτέοισι κεφαλαλγίαι ἢ πάρεισιν, ἢ παρέσονται.

Quibus febricitantibus vrinæ perturbatæ sunt veluti iumentorum, iis dolores capitis vel adsunt, vel aderunt.

Vrina perturbata, quales sunt iumentorum

aut boum, dolores capitis præsentes, aut paulò pòst futuros esse denotant. Tales enim sunt materiæ crassa ac densa, quæ à calore agitata in spiritum soluitur, spiritus autem flatuosus vnà cum calore promptè fertur ad caput. Non tamen si cuidolet caput, aut dolebit, hic statim tales habebit vrinas: fiunt enim dolores capitis etiam ex calore solo, nonnunquam verò à flaua bile, quæ vel in capite vel in ventriculo continetur, interdum ex humorum abundantia caput opprimente, vel ex aliqua loci obstructione, vel ex spiritu flatuoso in parte ipsa generato: quorum nullum perturbatam vrinam efficere natum est. Cæterùm vrina crassa & perturbata, cùm sit à succorum multitudine frigidorum & crudorum cum flatuoso spiritu turbationem ciente, non mirum si ob agitationem & euaporationem humorum, dolorem capitis adesse aut breui pòst adfuturum esse demonstret. Turbidarum autem vrinarum omnium generalis hæc nota esto, conatus naturæ coctionem aggredientis, crassi à liquidiore separatio, aut properè, aut tardè facta, aut prorsus nulla: Tardè quidem vel citò, cùm quod subsidit discretum citò vel tardè apparet album, leue, & æquale: Si verò nulla omnino separatio fiat, vel id quod subsidit malum est, significatur imbecillitas naturæ ope aliqua egentis ad succos percoquendos, alioqui subacta à materia copia succumbit.

cumbit. Sed turbida vrina tribus consideratur modis, nam vel turbida micta paulò pòst residet, vel semper turbida manet: vel pura mingitur: & postea conturbatur. Prima parum aliquid turbulentiæ inæqualis superesse ostendit: Secunda vigere eam adhuc quæ in sanguine est agitationem, & crudorum humorum crassitiem vltra fluctuosam turbationem: Tertia crudi succi coctionem aggredi naturam, aut paulò pòst aggressuram. Sic igitur vrina cùm sit sanguinis colatura, aut serosa pars sanguinis à renibus attracta, succorum qui in vasis sunt qualitatem prodit, hoc est, cuiusmodi sit sanguis ostendit, quando si is biliosus sit, serum quoque eius biliosum esse necesse est, idque pro vtriusque bilis ratione: Simili modo pituitosum, si is sit pituitosus. Ergo vbi crudus planè est sanguis, vtique tenuis aquosáque vrina cernitur, nihil nec quod sidat, nec quod pendeat in se habens. At vbi is concoctus est, laudabilis in vrina est hypostasis: atque etiam mehercule quædam tenues superstant, veluti quod in summo lacte colligitur, & quod in summo refrigerati iusculi concreuit. Sed si turbida sit, qualis in hoc Aphorismo describitur, crudis refertas venas indicat, non tamen cessare naturam, sed eos valenter concoquere, donec superet, aut præ multitudine humorum ipsa superetur.

LXXI.

Ὁκόσοισι ἑβδομαῖα κρίνεται, τουτέοισιν ἐπινέφελον ἴσχει τὸ οὖρον τῇ τετάρτῃ ἐρυθρὸν, καὶ τ' ἄλλα κατὰ λόγον.

Quibus ſeptimo die iudicatur morbus, iis quarto die nubeculam habet vrina rubicundam, & alia ſigna pro portione.

Cùm quarta dies ſit index, & qualis ſit futura ſeptima nuntiet, quodcunque ſignum concoctionis in ipſa manifeſtum apparuerit, futuram ſeptima die iudicationem oſtendit. Itaque non ſolùm rubra aliqua nubes apparens, antea non viſa, iudicationem ſignificat, ſed & alba multò magis quàm ipſa, adhuc autem magis & ſublimamentum album, leue, æquale & conſiſtens: aut id quod ſubſidit (ſi tale appareat) ſufficiens eſt ſignum futuræ iudicationis. Verùm vt alba nubecula vel rubra bonam, ſic nigra in quarta apparens, malam iudicationem in ſeptima die futuram eſſe demonſtrat. Solis enim coctionis ſignis in diebus contemplabilibus apparentibus, bonæ iudicationes indicantur.

LXXII.

Ὁκόσοισιν οὖρα διαφανέα λευκὰ, πονηρά. μάλιστα δ' ἐν τοῖσι φρενιτικοῖσιν ἐπιφαίνεται.

Quibus vrinæ perſpicuæ ſunt & albæ, malæ:

malæ: præsertim vbi in phreneticis apparuerint.

Vrinæ quæ tinctæ non sunt, albæ dicuntur, quæ si sint etiam in febrientibus transparentes & aquosæ, magnam cruditatem significant. Nam cùm febris sit biliosa, si natura coqueret, coquendo tingeret multa bile deiectiones, quæ tota cùm rapitur in cerebrum, febrim auget & phrenitidem excitat. Melius est semper, cùm morbus biliosus est, vrinas apparere biliosas, ac in alijs suorum morborum qualitatem aliquam repræsentare.

LXXIII.

Ὀκόσοισιν ὑποχόνδρια μετέωρα διαβορβορύζοντα, ὀσφύος ἀλγήματος ἐπιγινομένου αἱ κοιλίαι τουτέοισι καθυγραίνονται, ἢν μὴ φῦσαι καταῤῥαγέωσιν ἢ οὔρου πλῆθος ἐπέλθῃ. ἐν πυρετοῖσι δὲ ταῦτα.

Quibus hypochondria inflata murmurant, lumborum dolore succedente, iis alui humectantur, nisi flatus erumpant, aut vrinæ copia prodeat: hæc verò in febribus accidunt.

Si hypochondria à flatuoso spiritu inflentur, atque adeo murmurent, lumborumque dolor succedat, alui paulò pòst humectantur: quippe cum spiritu commixta est modica humiditas, quam spiritus mobilis secum ad aluum deducit, nisi

fortè humiditas & ſpiritus ab inuicem ſeparentur, & humiditas quidem per vrinam, ſpiritus autem per inteſtina vacuetur. Idq; in febribus accidit, quæ ipſæ morbi ſunt, non aliorum morborum ſymptomata. In febribus enim, cùm imbecillus ſit calor natiuus, fit vt minus rectè cocti cibi in flatus maximè reſoluantur.

LXXIV.

Ὁκόσοισιν ἐλπὶς ἐς τὰ ἄρθρα ἀφίστασθαι, ῥύεται τῆς ἀποστάσιος οὖρον πολὺ καὶ παχὺ, καὶ λευκὸν γινόμενον, οἷον ἐν τοῖσι κοπώδεσι πυρετοῖσι τεταρταίοισιν ἄρχεται ἐνίοισι γίνεσθαι. ἢν δὲ καὶ ἐκ τῶν ῥινῶν αἱμοῤῥαγήσῃ, καὶ πάνυ λύεται.

Quibus ſpes eſt ad articulos futurum abſceſſum, liberat ab abſceſſu vrina multa, craſſa, & alba prodiens, vt in laborioſis febribus quarto die nonnullis exire incipit: Si verò ſanguis quoque à naribus profluxerit, breui admodum leuatur æger.

Morbi longi finiuntur abſceſſu, vel paulatim natura coquente materiam & expurgante. Quòd ſi derepente fiat aliqua euacuatio multæ vrinæ, illa liberat ab abſceſſu, humore, qui decubiturus erat in laborantes articulos, vnà cum vrinis euacuato. In laborioſis etiam febribus, è multitudine craſſorum humorum natis, vrina multa craſſa & alba prodiens in die decretorio, liberat ab abſceſſu.

absceßu. Quòd si è naribus quoque sanguis eruperit, tum citißima sit morbi solutio sine absceßu ullo.

LXXV.

Ἢν αἷμα ἢ πῦον οὐρέῃ, τῶν νεφρῶν, ἢ τῆς κύστιος ἕλκωσιν σημαίνει.

Si sanguinem aut pus mingat, renum aut vesicæ exulcerationem significat.

Siue in renibus, siue in vesica vlcus sit, siquidem in vase aliquo magno ac rupto constiterit, & præcipuè cum aliqua exesione, sanguinis aut puris excretio per vrinas sequitur. Vreteres autem, qui renes ac vesicam interiacent, oportet vnà cum illis intelligere: exulcerantur enim sæpe ijs qui in renibus lapidem habent, quando à lapide aliquo acuto, aut admodum aspero, in ipsis intersepto excoriantur. Contingit etiam exulcerari penem, vnde absque vrina pus exit & sanguis. Exit & simul cum vrinis aliquando pus, dirupto absceßu in aliquo superiorum locorum, vt pulmonum, membranæ succingentis costas, & hepatis, cùm absceßus materia ad vrinæ instrumenta defertur. Præterea mulieribus est aliquando cruenta vrina, quibus menses suppreßi sunt, sed sine pure, vt non statim & temerè pronuntiandum sit de locis vnde fiat fluxus, quando sanguis aut pus cum vrina excernitur. Verùm dolor qui

in differentibus accidit locis, & exeuntia cum vrinis ostendunt maximè quæ pars affecta sit.

LXXVI.

Ὁκόσοισιν ἐν τῷ οὔρῳ παχεῖ ἐόντι σαρκία μικρὰ, ἢ ὥσπερ τρίχες ξυνεξέρχονται, τουτέοισιν ἀπὸ τῶν νεφρῶν ἐκκρίνεται.

Quibus cum vrina crassa, carunculæ paruæ, aut veluti capilli vnà exeunt, iis à renibus excernuntur.

Carunculæ, cum vrinæ mediocriter crassis exeuntes, renum quidem partes sunt, quas ob vehementem vlceris erosionem auulsas esse constat. Qui verò veluti capilli exeunt à renibus cum vrinis, nullo modo renum partes esse possunt, neque enim fieri potest, vt ad talem substantiæ formam renes, quanuis exulcerati, dissoluantur. Ex renibus autem ipsos excerni dicimus, non quòd pars sit substantiæ eorum, sed quoniam in ipsis suam habuerunt consistentiam: nam ex humore crasso in renibus quodammodo vsto, substantiæ capillis similes generatæ cum vrina simul egeri possunt.

LXXVII.

Ὁκόσοισιν ἐν τῷ οὔρῳ παχεῖ ἐόντι πιτυρώδεα συνεξουρέεται, τουτέοισιν ἡ κύστις ψωριᾷ.

Quibus cum vrina crassa, furfurea quædam simul prodeunt, iis vesica scabie laborat.

Quando vrina tenuis & aquosa fuerit, non secun-

ſecundùm naturam venæ ſe habent: Cùm verò non tenuem, ſed mediocrem habuerit ſubſtantiam (in quo ſignificato craſſam accipere oportet hoc loco) ea quæ ſimul cum tali vrina excernuntur, circa renes, aut veſicam, paſſionem oſtẽdunt. Cùm enim ex venis vrina veniat, in renibus autem percoletur, in veſica verò aggregetur: quicquid in ea præter naturam apparuerit, aut venas, aut renes, aut veſicam malè ſe habere indicabit: ſicuti & nunc furfurea veſicam ſcabie laborare, quando venæ nullum affectum habent. feruntur enim & ex ipſis aliquando furfurea, cùm earum tunica patitur, quemadmodum & veſicæ. Non enim alia ratione venæ ipſæ quàm veſica ſcabie laborantes, furfureos cortices vnà cum vrinis emittunt: ſed diſtinctio fiet ex tenuitate ac craſſitudine vrinæ. Tenuis enim vrina venas & totum corpus, non tenuis autem veſicam pati, quoties huiuſmodi furfurea cum vrinis exibunt, indicabit.

LXXVIII.

Ὁκόσοι ἀπὸ ταὐτομάτου αἷμα οὐρέουσι, τουτέοισιν ἀπὸ τῶν νεφρῶν φλεβίου ῥῆξιν σημαίνει.

Quicunque ſanguinem repentè mingunt, iis à renibus venula rupta ſignificatur.

Cùm diuerſis ex cauſis renes cruentam vrinam excernant, (nam aut propter imbecillitatem

renum vrinam subinde secernere nequeuntium, aut propter amplitudinem osculorum ex vena caua vrinam ad renes excolantium, aut propter erosionem ab acribus humoribus factam, aut propter venæ alicuius in renibus ruptionem, mictio sanguinis accidit. nunquam tamen sincerus, copiosius, & repentè cum vrina sanguis excernetur, nisi venæ ruptio facta sit in renibus: veluti contingit ijs qui graue onus leuarunt, aut valde saltarunt, aut ex alto ceciderunt, aut aliud quippiam tale violentum pertulerunt.

LXXIX.

Οκόσοισιν ἐν τῷ οὔρῳ ψαμμώδεα ὑφίσταται, τουτέοισιν ἡ κύστις λιθιᾷ.

Quibus in vrina velut arenulæ subsistunt, iis vesica laborat calculo.

Siue in renibus, siue in vesica calculi generantur, in vrinis subsident arenosa. Ideo mancus esse videtur aphorismus, qui de vesica tantùm mentionem fecit.

LXXX.

Ην αἷμα οὐρέῃ, καὶ θρόμβους, καὶ στραγγουρίην ἔχῃ, καὶ ὀδύνη ἐμπίπτῃ ἐς τὸ ὑπογάστριον, καὶ ἐς τὸ περίναιον, τὰ περὶ τὴν κύστιν πονεῖ.

Si quis sanguinem mingat & grumos, & vrinæ stillicidium habeat, dolorq; ad imum ventrem, pectinem, & femen incidat, ea quæ circa vesicam sunt laborant.

Ea quæ

Ea quæ memorat symptomata, si accidant vnà aut seorsum, communia sunt affectibus omnium, quæ vrinæ seruiunt, instrumentorum, vesicæ, renum, vrinariorum meatuum. Porrò vbi legitur semen, intellige locum inter anum & pudendum, interfemineum dictum, Græcis Perinæum.

LXXXI.

Ην αἷμα καὶ πῦον οὐρέῃ, καὶ λεπίδας, καὶ ὀσμὴ βαρεῖη ᾖ, τῆς κύστιος ἕλκωσιν σημαίνει.

Si sanguinem & pus minxerit, aut squamulas, & grauis odor adsit, vesicæ exulcerationem significat.

Sanguinem quidem & pus meiere, omnium instrumentorum, quæ vrinæ obseruiunt, sunt signa communia. Odor autem grauis & insuauis, adhuc autem magis squamulæ sunt propria vesicæ malè affectæ signa.

LXXXII.

Οκόσοισιν ἐν τῇ οὐρήθρῃ φῦμα φύεται, τουτέοισι διαπυήσαντος καὶ ἐκραγέντος, λύσις.

Quibus in vrinaria fistula tubercula nascuntur, iis, suppuratione facta & eruptione, solutio accidit.

Ob sermonis breuitatem nihil magni hoc haberi aphorismo suspicabitur quispiam: facilè

enim est vnicuique intelligere, quòd in meatu vrinario, qui in pene est, (hunc etenim meatum fistulam vrinariam nominant) si consistant tubercula, & mox rumpantur fieri solutionem. Verùm, si diligentius animaduertimus, maius aliquid ex eo ostenditur. Contingit enim vrinam aliquando retineri ob tale tuberculum, ex cuius diruptione sanitas proculdubio sequetur, doloris & suppressionis vrinæ solutio.

LXXXIII.

Οὔρησις νύκτωρ πολλὴ γινομένη, σμικρὴν τὴν ὑποχώρησιν σημαίνει.

Mictio noctu plurima contingens, paruam significat deiectionem.

Docet nos, & alui fluentis, & astrictæ remedia. In quibus enim supra modum aluus humida deprehenditur, ijs potum minorem exhibebimus, ac præterea viam ad vesicam parabimus: In quibus verò siccior, plus dabimus potus, & distributionem eius, quantum fieri poterit, prohibebimus ne ad vias vrinæ transmittatur. Vnius enim solutio, alterius est astrictio, & contrà.

APHORISMORVM HIPPOCRATIS Sectio V.

APH. I.

Σπασμὸς ἐξ ἐλλεβόρου, θανάσιμον.
Conuulſio à veratro, lethalis eſt.

Conuulſio paſſio eſt inuoluntaria, neruoſis partibus ad ſimilem diſpoſitionem venientibus, quam etiam in motibus voluntarijs aſſumunt. Hæc primaria ratione dicta, duas habet cauſas, plenitudinem, & inanitionem ſeu exſiccationem. Sicut enim foris videmus lora & chordas tendi, vbi multa turgent humiditate, aut vbi exſiccantur vehementius æquo (nam propter hanc cauſam ſæpe rumpuntur) ſic in corporibus neruoſis par eſt fieri non rarò conuulſionem. Verum præter hanc, alia eſt conuulſio, quæ per conſenſum partis alicuius accidit, non ob materiam quæ implere poſſit neruoſas partes, neque ob inanitionem, ſed à qualitate quadam, partibus videlicet, quæ communicationem habent, alteratis & compatientibus. Iis itaque qui helleboro purgati ſunt, iſta conuulſio videtur accidere poſſe, vtpote per ipſam vomitus vehementiam neruis laboranti-

bus, ob consensum quem habent cum ore ventriculi: quæ conuulsio per consensum lethalis non est. Cùm verò fit ob immodicam vacuationem, aut pharmaci efficaciam ex neruis etiam humiditates attrahentis, ac ipsorum substantiam violentius exsiccantis, hæc vna sanari vix vnquam potest, quòd siccæ intemperiei consummatæ remedium nullum sit in ægris, non magis quàm senij in sanis.

II.

Ἐπὶ τρώματι σπασμὸς ἐπιγινόμενος, θανάσιμον.

Conuulsio ex vulnere lethalis est.

Conuulsiones ex vulneribus factæ, ratione sequentis ipsa inflammationis, vbi partes neruosas attigerit, magna ex parte lethales sunt.

III.

Αἵματος πολλοῦ ῥυέντος σπασμὸς, ἢ λυγμὸς ἐπιγινόμενος, κακόν.

Vbi sanguis plurimus fluxerit, singultus aut conuulsio superueniens, malum.

Singultus ventriculi, conuulsio articulorum etiam est, cùm sanguinis multa profusione multi caloris natiui & spiritus fit exhalatio: vnde vires deiectæ, vix reparantur ex conuulsione.

Ἐπὶ ὑ-

IV.

Ἐπὶ ὑπερκαθάρσει σπασμὸς ἢ λυγμὸς ἐπιγινόμενος, κακόν.

Ex nimia purgatione conuulſio aut ſingultus ſuperueniens, malum.

Ex repletione conuulſio ſanabilis eſt per euacuationem: ea verò quæ fit ex immodica inanitione, quam partium neruoſarum ſiccitas inſequitur, non facilè admittit curationem: quoniam ſiccitatis remedium eſt difficillimum, & morbi acuties non patitur moram, ſed ſubitum exitium affert. Conuelluntur autem qui vltra modum purgantur, non alia ratione, quàm qui ſano exiſtentes corpore helleborum aſſumpſerunt.

V.

Ἢν μεθύων ἐξαίφνης ἄφωνός τις γένηται, σπασθεὶς ἀποθνήσκει, ἢν μὴ πυρετὸς ἐπιλάβῃ, ἢ ἐς τὴν ὥρην ἐλθὼν καθ' ἣν αἱ κραιπάλαι λύονται, φθέγξηται.

Si ebrius quiſpiam repentè obmutuerit, conuulſus moritur, niſi febre corripiatur, aut vbi ad horam peruenerit qua crapulæ ſoluuntur, vocem recuperet.

Vinum generoſum omnes partes neruoſas replet faci..., corripit & cerebrum (neruorum principium) vnde conuulſio & totius corporis ſtupor

accidit. Conuulsioni verò succedit mors, nisi febris superuenerit quæ suo calore coquat, absumat, & dissipet illud humidum: aut nisi hora qua crapulæ soluuntur, illo stupore liberatus iterum loquatur: Nam solutio linguæ argumento est quòd victrix natura totam materiam frigidam, vel extenuarit, vel discusserit.

VI.

Ὁκόσοι ὑπὸ τετάνου ἁλίσκονται, ἐν τέσσαρσιν ἡμέρῃσιν ἀπόλλυνται, ἢν δὲ ταύτας διαφύγωσιν, ὑγιέες γίνονται.

Quicunque Tetano corripiuntur, in quatuor diebus pereunt: Si verò hos effugerint, sani fiunt.

Fieri non potest vt in morbis peracutis, cuiusmodi est distentio, indicatio differatur in longum tempus. In primo igitur circuitu dierum indicatoriorum hæc passio iudicatur ad mortem vel ad salutem, non tolerante natura diutius tensionis laborem: sed si vltra diem quartum progrediuntur, certissima spes est naturam superasse morbum.

VII.

Τὰ ἐπιληπτικὰ ὁκόσοισι πρὸ τῆς ἥβης γίνεται, μετάστασιν ἴσχει. ὁκόσοισι δὲ πέντε καὶ εἴκοσιν ἐτέων γίνεται, τουτέοισι τὰ πολλὰ ξυναποθνήσκει.

Quibuscunque morbi comitiales fiunt ante pubertatem, mutationem accipiunt:

qui-

quibuſcunque autem anno vigeſimo quinto, ferè commoriuntur.

Nunc ſolùm eius mutationis meminit quæ ex ætate accedit, à qua docti, & formam victus, regionum, & temporum rationem vnà cum alijs remedijs inueniemus. Quippe morbo comitiali non liberantur omnes ex ætatis commutatione, in eam quæ calida eſt & ſicca, niſi & in alijs rectè ſe geſſerint. Sed ſi omnibus alijs magna diligentia adhibitis præſidijs, mutatione ætatis morbus hic ſanetur, certè is maximè ſanabitur, quem tempore pubertatis ſanari contigerit. Qui verò vltra pubertatem proceſſerit, aut poſt vigeſimum quintum annum acciderit in iuuentute, ætate calida ſicca, is profectò durat magna ex parte ad finem vſque vitæ. Nam iuuentus contraria quum eum non profligarit, quomodo ſequens ætas ſimilis, nempe frigida humida, ad exitum adducet, quem veluti ſimilem ſibi, conſeruare nata eſt?

VIII.

Ὁκόσοι πλευριτικοὶ γινόμενοι οὐκ ἀνακαθαίρονται ἐν τεσσαρεσκαίδεκα ἡμέρῃσι, τουτέοισιν ἐς ἐμπύημα μεθίσταται.

Quicunque morbo laterali laborantes in quatuordecim diebus non repurgantur, ij ad ſuppurationem vertuntur.

Nominat purgationem ac repurgationem eam

quæ fit per ſputa, euacuationẽ humorum facientium morbum lateralem. Tempus autem præfinit, in quo, ſi non fiat huiuſmodi purgatio per ſputa, morbus lateralis in ſuppurationẽ conuertitur, pure ſcilicet inter pulmones & thoracem effuſo, atque ita morbi fit in alium morbum conuerſio.

IX.

Φθίσις γίνεται μάλιστα ἡλικίῃσι τῇσιν ἀπὸ ὀκτωκαίδεκα ἐτέων, μέχρι πέντε καὶ τριάκοντα.

Tabes fiunt præcipuè ætatibus à decimo octauo vſque ad trigeſimum quintum.

Victus errore magis morboſi ſunt iuuenes quàm ſenes: Ab ætate ergo non eſt hoc malum, ſed ab intemperantia.

X.

Ὁκόσοισι κυνάγχην διαφεύγουσιν ἐς τὸν πνεύμονα τρέπεται, ἐν ἑπτὰ ἡμέρῃσιν ἀποθνήσκουσιν. Ἢν δὲ ταύτας διαφύγωσιν, ἔμπυοι γίνονται.

Qui ab angina liberantur, his ad pulmonem malum tranſit, & intra ſeptem dies moriuntur: Si verò hos euaſerint, ſuppurantur.

Si humor anginæ transferatur ad pulmones, id exitio eſſe plerunque ante ſeptimum diem indicat, ægro videlicet ſuffocato ab humoribus eò delatis: Si verò id tempus effluxerit abſque alio malo fluxione in pus conuerſa, ſuppurari, & non mori. Quibus autem ipſum pus non, vt decet, ſubinde repurgatur, hos tabidos fieri contingit.

Τοῖσιν

X I.

Τοῖσιν ὑπὸ τῶν φθισίων ἐνοχλεομένοισιν, ἢν τὸ πλύσμα ὅπερ ἂν ἀποβήσσωσι βαρὺ ὄζῃ ἐπὶ τοὺς ἄνθρακας ἐπιχεόμενον, καὶ αἱ τρίχες ἀπὸ τῆς κεφαλῆς ῥέωσι, θανάσιμον.

Qui tabe moleſtantur, ſi ſputum quod extuſſiunt graue olet iniectum carbonibus, & capilli à capite defluunt, lethale.

Tabidorum ſputum, quòd per tuſſim extreatur, carbonibus impoſitum ſi grauiter olet oſtendit extremam humorum qui ſunt in pulmone putrefactionem: Si verò & ex capite capilli defluant ita affectis, lethalis etiam nota eſt, quæ vltimi alimenti defectum oſtendit, ac virtutis naturalis magnam imbecillitatem, atque aliquando humoris corruptionem.

X I I.

Ὁκόσοισιν ὑπὸ φθισίων αἱ τρίχες ἀπὸ τῆς κεφαλῆς ῥέωσιν, οὗτοι διαῤῥοίης ἐπιγενομένης ἀποθνήσκουσιν.

Quibuſcunque tabe laborantibus capilli à capite defluunt, ij alui profluuio ſuperueniente moriuntur.

Defluuio capillorum ſuperueniens alui fluxus tabe ab vlcere pulmonis laborantibus, is proſternit vires, quæ ex ipſo baſis ſunt valdè imbecilles, vnde conijciendum mortem imminentem eſſe.

XIII.

Ὁκόσοι αἷμα ἀφρῶδες ἀναπτύουσι, τουτέοισιν ἐκ τοῦ πνεύμονος ἡ τοιαύτη ἀναγωγὴ γίνεται.

Qui sanguinem excreant spumosum, iis de pulmone educitur.

Sanguis qui è pulmone educitur spumosus est similis visceri, quod leue est, rarum, aërium, spirituosum, & veluti ex spuma quadam sanguinis concreta conflatum. Qui verò sanguis è ventre aut thorace effluit, ne tale quidem simile est, adeò vt hoc verè dici possit, sanguis spumosus solitus pulmonis vlcera indicat: non autem verè, læso pulmone ex necessitate spumosus expuitur.

XIV.

Ὑπὸ φθίσιος ἐχομένῳ διάῤῥοια ἐπιγινομένη, θανατῶδες.

Tabe laboranti profluuium alui superueniens, lethale.

Hîc simpliciter dicit esse lethale alui profluuium in tabe, tanquam illud solum sufficiat mortem significare, non tamen ita è propinquo, neque tam citò secuturam, sicuti cùm defluuium capillorum adiungitur.

XV.

Ὁκόσοι ἐκ πλευρίτιδος ἔμπυοι γίνονται, ἢν ἀνακαθαρθῶσιν ἐν τεσσαράκοντα ἡμέρῃσιν ἀφ' ἧς ἂν ἡ ῥῆξις γένηται, παύονται. ἢν δὲ μή, εἰς φθίσιν μεθίστανται.

Quicunque ex morbo laterali suppurantur, si in quadraginta diebus purgantur à die qua fit ruptio, liberantur: si verò non, ad tabem transeunt.

Pleuritidi si per sputa non purgetur ante quartumdecimum diem, succedit suppuratio, suppurationi verò tabes, nisi in quadraginta diebus à ruptione & puris effusione purgatio fiat per sputiones, quam solutio morbi consequitur. Sed si non purgetur per sputa intra dies quadraginta, qui terminus est iudicationis acutorum ex decidentia, transit ad tabem, nam pure processu temporis putrescente, necessarium est pulmonem exedi exulcerarive. Porrò vlcera pulmonis comitatur macies ea corporis quæ tabes appellatur.

XVI.

Τὸ θερμὸν βλάπτει ταῦτα τοῖσι πλειονάκις χρεομένοισι, σαρκῶν ἐκθήλυνσιν, νεύρων ἀκράτειαν, γνώμης νάρκωσιν, αἱμοῤῥαγίας, λειποθυμίας, ταῦτα οἷσι θάνατος.

Calidum, vbi quis sæpius eo vtatur, hæc mala affert, carnium effœminationem, neruorum incontinentiam, mentis torporem, profluuia sanguinis, animi defectiones, quibus succedit mors.

Vsus immodicus aquæ calidæ in balneo, carnium effœminationem affert, hoc est, mollitiem aut laxitatem, neruorum imbecillitatem: cali-

dum enim externum dissoluit & trahit ad cutim calorem internum, unde imbecillitas succedit neruorum pariter & cerebri, substantia videlicet ipsius dissoluta. Excitat & sanguinis profusiones, à calore laxatis & dilatatis venis: Sanguinis autem profusiones immodicas, in quibus multi spiritus dissipantur, animi defectiones sequuntur: has subsequi solet mors, nonnullas quidem citius, alias verò tardius. Proinde monemur in omnibus rebus quantumuis bonis videndum esse quatenus: etsi enim suus cuique modus est, tamen magis offendit nimium quàm parum.

XVII.

Τὸ δὲ ψυχρὸν σπασμοὺς, τετάνους, μελασμοὺς, καὶ ῥίγεα πυρετώδεα.

Frigidum conuulsiones, distentiones, liuores & rigores febriles efficit.

Frigidum indurat ex concretione, siccat etiam (vt apparet in gelu) vnde spasmus accidit refrigeratis & induratis neruis. Sicut enim non oportet ipsorum substantiam ab immodico calore dissolui, sic neque vltra modum conuenientem refrigerari & in vnum cogi ac cohiberi. Ad hoc ex refrigeratione fit cutis liuore & nigrore decolorata: fiunt & rigores, qui prohibita transpiratione, dum corpus externo frigore obrigescit, febres excitant.

Τὸ ψυ-

XVIII.

Τὸ ψυχρὸν πολέμιον ὀστέοισιν, ὀδοῦσι, νεύροις, ἐγκεφάλῳ, νωτιαίῳ μυελῷ. τὸ δὲ θερμὸν ὠφέλιμον.

Frigida inimica oſſibus, dentibus, neruis, cerebro, ſpinali medullæ: Calida verò vtilia.

Omnes hæ partes frigidæ ſunt, quia exangues: iuuantur tamen modico contrariorum vſu: Quo fit vt calidum ſit iis conuenientius.

XIX.

Ὁκόσα κατέψυκται, ἐκθερμαίνειν δεῖ, πλὴν ὁκόσα αἱμοῤῥαγέει, ἢ μέλλει.

Quæ refrigerata ſunt, ea excalfacere oportet, exceptis iis vnde fluit ſanguis copioſus, aut profluxurus eſt.

Refrigeratæ partes ab immodico frigidæ vſu ad ſuum temperamentum reducuntur per calidi contrarij appoſitionem, niſi cùm fluit ſanguis: nam tum intemperie frigida poſthabita ſanguinis eruptioni ſuccurrendum, à qua maius ægrotanti periculum imminet. Relictis itaq; calfacientib. frigidis & aſtringentibus vtendũ, ad copioſum ſanguinis profluuium reprimendum. Quinto tamen Methodi, adhibetur cauterium calidum ad partem vnde ſanguis plus æquo defluit: dicendum, quòd cauterium, non quatenus calidum, ſiſtit ſanguinem, ſed quia vaſis os occludit vrendo.

XX.

Ἕλκεσι τὸ μὲν ψυχρὸν δακνῶδες, δέρμα περισκληρύνει, ὀδύνην ἀνεκπύητον ποιέει, μελασμοὺς, ῥίγεα πυρετώδεα, σπασμοὺς, καὶ τετάνους.

Vlceribus frigidum mordax, cutem obdurat, dolorem insuppurabilem facit, denigrat: rigores febriles, conuulsiones & distentiones creat.

Frigida aqua mordax est, non cùm in cutem simpliciter incidit, sed cùm in vlceratam: nam integram cutem mordicare non potest, cùm ipsa sit densior quàm vt eius substantiam peruadere queat, quam etiam duriorem reddit, ipsam constringens ac densans. Ad hoc dolorem efficit insuppurabilem, refrigerando natiuum calorem qui vlcera ad suppurationem perducit, & ea dissipari prohibet quæ dolorem efficiunt: liuores inducit, refrigerata cute: rigores, demorsis videlicet partibus neruosis à frigido.

XXI.

Ἔστι δὲ ὅκου ἐπὶ τετάνου ἄνευ ἕλκεος νέῳ εὐσάρκῳ θέρεος μέσου, ψυχροῦ πολλοῦ, κατάχυσις ἐπανάκλησιν θέρμης ποιέεται. θέρμη δὲ ταῦτα ῥύεται.

Nonnunquam in Tetano sine vlcere, iuuene benè carnoso, Æstate media, frigidæ aquæ multa perfusio caloris reuocationem facit. Calor autem hæc sanat.

Iuueni-

Iuuenibus temperatis in Æstate media, aspersio frigida cutem refrigerat & constringit, quæ constricta calorem colligit & auget: calor autem per antiperistasin auctus conuulsioni remedio est, si fuerit æger iuuenis, ac mediocri corporis habitu præditus in aëre calido: Nam aqua frigida occursus, vt vincit & extinguit calorem imminutum, ita colligit, cùm fortis est, ipsum difflari prohibens. Calor ergo per se passionem hanc sanat: Aqua verò per accidens. Porrò non hîc intelliguntur eæ quæ cum vlcere sunt conuulsiones, vt quæ nunquam ab aqua frigida sanari queant. Quod manifestum est ex eo aphorismo: Frigidum vlceribus mordax dolorem facit insuppurabilem.

XXII.

Τὸ θερμὸν ἐκπυητικὸν οὐκ ἐπὶ παντὶ ἕλκει, μέγιστον σημεῖον ἐς ἀσφαλείην, δέρμα μαλάσσει, ἰσχναίνει, ἀνώδυνον, ῥιγέων, σπασμῶν, τετάνων παρηγορικόν. τὴν δὲ ἐν τῇ κεφαλῇ καρηβαρίην λύει. πλεῖστον δὲ διαφέρει ὀστέων κατήγμασι, μάλιστα δὲ τοῖσιν ἐψιλωμένοισι. τουτέων δὲ μάλιστα τοῖσιν ἐν κεφαλῇ ἕλκεα ἔχουσι, καὶ ὁκόσα ὑπὸ ψύξιος θνήσκει ἢ ἑλκοῦται. καὶ ἕρπησιν ἐσθιομένοισιν, ἕδρῃ, αἰδοίῳ, ὑστέρῃ, κύστει, τουτέοισι τὸ θερμὸν φίλιον καὶ κρῖνον. τὸ δὲ ψυχρὸν πολέμιον καὶ κτεῖνον.

Calida vbi suppurationem facit, non ta-

men in omni vlcere, maximum securitatis indicium existit, cutem emollit, extenuat, dolorem lenit, rigores, conuulsiones, & distentiones mitigat: Grauitatem capitis soluit, plurimùm confert ossium fracturis, sed iis præcipuè quæ denudatæ sunt: præterea iis maximè quæ in capite vlcera habent, & iis quæ à frigore moriuntur aut vlcerantur, & herpetibus exedentibus, sedi, pudendis, vtero, vesicæ, his calidum amicum & iudicans: frigidum inimicum & perimens.

Quemadmodum frigidum conuulsiones & Tetanos facere aptum, sanat tamen aliquando: sic & calidum quanquam ad suppurationem efficax, eam tamen aliquando fieri prohibet. Siquidem vlcera putrida, & ea quæ fluxiones habent, tantùm abest vt aqua calida fotu promoueantur ad suppurationem, vt etiam eo peiora reddantur. Similiter & quæcunque vlcera sunt putredini obnoxia, & quæ partes circunstantes excesas habent, & quæ difficulter ad cicatricem perducuntur, vniuersa minimè suppurantur, & quæcunque ex malis vlceribus proprijs insigniuntur nominibus, veluti quæ cancrosa, chironia, telephia, phagedænica: id est, carnem comedentia: hæc omnia non suppurantur: nec ea quæ conuulsionem afferunt. Contrà verò si calidum prodest, & ad suppuratio-

purationem ducit, maximum est vlceri signum ad securitatem: Nihil enim malè potest aduenire vlceri pus generanti. Cognosces autem calidum prodesse aut obesse vlceribus, ex eo quòd illæ suppurentur à calidi vsu, hæc insuppurabilia perdurent. Deinceps calidi vsum multiplicem commemorat: etenim cutem induratam mollit, & crassatam extenuat, dolorem sedat, conuulsiones ac Tetanos mitigat, dolorem suppurabilem efficit, calorem nostrum natiuum, cui est amicus, adaugens, cum quo nonnulla concoquens, & ad melius alterans, quædam verò discutiens, atque euacuans si non ex toto sanat, certè doloris partem retundit: & ex his quæ in capite sunt malis grauitatem soluit, concoquens atque dissoluens quæcunque à vaporosa materia in caput tracta molestant: fracturis ossium vtilissimum, iis præcipuè quæ carne sunt exutæ, adhuc autem magis iis quæ in capite fiunt, nam iis, vt cerebro frigidum est vehementer inimicum, atque ideo calidum amicum: Et quæcunque à frigido læsa sunt, iis remedium est calidum. Item herpetibus, sedi, pudendis, & similibus confert calidum: frigidum autem nocet.

XXIII.

Ἐν τουτέοισι δὲ δεῖ τῷ ψυχρῷ χρέεσθαι, ὁκόθεν αἱμοῤῥαγέει ἢ μέλλει, μὴ ἐπ' αὐτὰ, ἀλλὰ περὶ αὐτὰ ὁκόθεν ἐπιῤῥέει. καὶ ὁκόσαι φλεγμοναὶ ἢ ἐπιφλε-

γίσματα ἐς τὸ ἐρυθρὸν καὶ ὕφαιμον ῥέποντα νεαρῷ αἵματι, ἐπὶ τούτοις. ἐπεὶ τά γε παλαιὰ μελαίνει· καὶ ἐρυσιπέλας τὸ μὴ ἑλκούμενον ὠφελεῖ· ἐπεὶ τό γε ἑλκούμενον βλάπτει.

In his frigida vti oportet vnde ſanguis copioſè profluit, aut profluxurus eſt, non tamen ſuprà ipſas partes vnde profluit, ſed iuxta eas adhibita. Quinetiam vbi inflammationes aut velut incendia quædam ad rubrum & ſubcruentum tendentia, recenti ſanguine ſunt, iis frigidum admouere conuenit: quippe veteribus inflammationibus nigrorem inducit. Eryſipelas quoque non vlceratum curat, vlceratum verò lædit.

Quibus intempeſtiuè aut immodicè fluit ſanguis, aut fluxurus eſt, frigida confert, non ipſis partibus fundentibus ſanguinem admota, (vlceribus enim frigidum mordax) ſed circunſtantibus, illis præcipuè vnde aliquid ad vlcera proflait. frigida enim conſtringit, ſanguinemq́ue craſſiorem, adeoq́ue ad profluendum minus idoneum reddit. Inflammatas etiam partes, & velut à flamma quadam deuſtas frigida iuuat, propter humorum à quibus fiunt caliditatem: ſed habenda ratio eſt totius corporis, vt non niſi euacuato eo (ſi euacuatione indigeat) adhibeatur. Adde frigidum non debere adhiberi vbi metus eſt, ne

eſt, ne ad principes corporis partes noxios humores propellat. Suo itaq; tempore adhibita frigida recentibus inflammationibus auxilio eſt, nam & calorem temperat & fluxionem repellit: Veteribus autem liuorem inducit & nigredinem, quòd à craſſo ſiant ſanguine, quem adhuc craſſiorem frigida efficit, & in grumos conuertit, quos nigredo comitatur. Eodem modo & eryſipelas non vlceratum iuuatur à frigida, quippe feruorem ſanguinis & bilis acrimoniam, è quibus procreatur eryſipelas (quod ignem ſacrum nominant) extinguit. Vlcerato verò eryſipelati mordax eſt frigida, & dolorem infert, & hac ratione nocet, quia partes dolentes ad ſe ſemper alliciunt ipſas fluxiones.

XXIV.

Τὰ ψυχρὰ οἷον χιὼν, κρύσταλλος τῷ στήθει πολέμια, βηχέων κινητικὰ, αἱμοῤῥοικὰ, καταῤῥοικά.

Frigida, qualis nix & glacies, pectori inimica, tuſſes mouent, ſanguinis profluuium & deſtillationes.

Immodicè frigida omnia, ſicut nix & glacies, thoracis partibus ſunt inimiciſſima, cùm & tuſſes moueant, & vaſis diruptis ſanguinem ſæpius manare faciant: & ex capite deſtillationibus thoracem offendant atq; pulmonem, quas etiam excitant nix & glacies cerebrum refrigerantes.

XXV.

Τὰ δὲ ἐν ἄρθροισιν οἰδήματα καὶ ἀλγήματα ἄτερ ἕλκεος, καὶ ποδαγρικὰ, καὶ σπάσματα, τουτέων τὰ πλεῖστα τὸ ψυχρὸν πολλὸν καταχεόμενον ῥηΐζει τε καὶ ἰσχναίνει, καὶ ὀδύνην λύει. Νάρκη γὰρ μετρίη ὀδύνης λυτική.

Tumores articulorum & dolores ſine vlcere, podagricos quoque dolores & conuulſiones, horum quidem plurima frigida aqua ſuperfuſa copioſè, leuat, doloremque minuit ac ſoluit: Stupor enim mediocris dolorem leuat.

Quæcunque inflammationes vel tumores ardentes, abſque vlcere ad rubrum & floridum recenti ſanguine tendunt, à frigida ait aqua ſanari, quæ influxum cohibet, & hac ratione dolorem in talib. ſoluit, quia & eius cauſam abſcindit. Et refrigeratio etiam largior partium affert torporem mediocrem, qui & ipſe dolorem ſoluit, vt remedium narcoticum ſenſum hebetando.

XXVI.

Ὕδωρ τὸ ταχέως θερμαινόμενον, καὶ ταχέως ψυχόμενον, κουφότατον.

Aqua quæ citò caleſcit, & citò frigeſcit, leuiſſima.

Aquam non pondere leuem dijudicat, verùm quæ tenuium partium exiſtens facilè alteratur, citò caleſcit & citò refrigeratur, in guſtu ac

odo-

odoratu nullam exoticam referens qualitatem, non turbida, non cœnosa, sed veluti exquisitè colata, frustillorumque innatantium expers. Talis concoctu & distributu facilis ventrem non grauat sed celeriter permeat. Sicuti enim cibi laus est facillimè posse alterari, ita & aquæ: siquidem facilè transmutari volumus quicquid probè concoqui debeat ab instrumentis quibus est coctionis munus demandatum à natura.

XXVII.

Ὁκόσοισι δὲ πιεῖν ὀρέξιες νύκτωρ, τούτοισι πάνυ διψῶσιν ἢν ἐπικοιμηθῶσιν, ἀγαθόν.

Qui bibere appetunt, iis admodum sitientibus si superdormierint, bonum.

Noctu valdè sitientibus, siue ex potatione vini meracioris, siue ex penuria humidi & frigidi sidis aduenerit, potus est dandus: Nam & defectui succurrere confert, & illam quæ facta ex vino est caliditatem, aqua restinguere theorema est medicum. Si verò non biberint parum sitientes, & superdormierint, bonum, quia per somnum fit humectatio, & id quod sitim efficit coquitur calore ad interna recepto, subdescenditque.

XXVIII.

Γυναικείων ἀγωγὸν ἡ ἐν ἀρώμασι πυρίη. πολλαχοῦ δὲ καὶ εἰς ἄλλα χρησίμη ἂν ἦν, εἰ μὴ καρηβαρίας ἐνεποίει.

Suffitus aromatum muliebria ducit, sæpius verò & ad alia vtilis esset, nisi capitis faceret grauitatem.

Muliebria dicit purgationes quæ ex vtero singulis mensibus, & à partu fieri solent. Vbi mulier est matura viro, plus ei natura conficit sanguinis quàm sit ipsi nutriendæ ex vsu, qui cùm incipit esse molestus venis & arterijs, foras erumpit per vterum. Eæ tamen, quæ propter inflammationem ipsius vteri, vel euersionem, aut aliam similem causam non purgantur statis temporibus, non aliter rectè curabuntur, quàm eam passionem vteri remouendo, quæ suppressionis mensium est causa. Verùm quibus absque hac passione parcius fluunt menses, aut propter sanguinis crassitiem, aut acetabulorum obstructionem, vel propter horum obserationem, totiúsve substantiæ densationem, ijs prouocantur suffitu Casiæ, Costi, Amomi, Cinamomi, & similium calidorum aromatum, quorum vapor in vasa vteri receptus, obstructiones soluit, extenuat, incidit suo calore lentos humores, & ad fluxum apparat. Sed quia vapor calidus est & tenuis, qualitatem malam materiarum vteri secum rapit & tollit in caput: vnde grauitas.

XXIX.

Τὰς κυούσας φαρμακεύειν ἢν ὀργᾷ τετράμηνα,

μῆνα, καὶ ἄχρι ἑπτὰ μηνῶν ἧσσον. τὰ δὲ νήπια ἢ πρεσβύτερα εὐλαβέεσθαι.

Prægnantes purgabis, si materia ad sui excretionem inuitet, quadrimestres, & vsq; ad septimum mensem, sed has minus. Minore verò aut grandiore fœtu, abstinebis.

Hic aphorismus copiosissimè expositus est in primo aphorismo sectionis quartæ.

XXX.

Γυνὴ ἐν γαστρὶ ἔχουσα φλεβοτομηθεῖσα ἐκτιτρώσκει, καὶ μᾶλλον εἰ μεῖζον εἴη τὸ ἔμβρυον.

Mulier vtero gerens sanguine misso ex vena abortit, & præcipuè si fœtus sit grandior.

Grauidis non temerè secanda vena est, propter periculum abortus quod sanguinis missionem immodicam aut intempestiuam comitatur, præsertim cùm fœtus grandior indigeat alimento copiosiore, & substrahatur illud ex quo nutritur per sanguinis eductionem. Verùm in acutis morbis, in quibus mater & fœtus vnà periclitantur, incidere potest necessitas venam secandi, & pharmacum exhibendi, modò virtus, ætas, corporis habitus, victus ratio quæ præcessit, tempus, Cœliq; status hoc ipsum permittant, ne si remedio destituantur, pereant.

XXXI.

Γυναικὶ ἐν γαστρὶ ἐχούσῃ ὑπό τινος τῶν ὀξέων νουσημάτων ληφθῆναι, θανάσιμον.

Mulierem vtero gerentem capi ab aliquo morbo acuto, lethale eſt.

Non abſque ratione lethale eſt. Si enim ſit cum febre morbus acutus, neceſſe eſt eſſe continuam febrem, talis enim eſt morbus acutus: & in hoc duplex periculum, vnum quidem in febre ipſa, alterum ex alimenti defectu. Nam acutus morbus tenuiſſimum victum exigit, qui periculum abortus adfert, fœtu ipſo inedia pereunte. Si verò vt ſeruemus hunc non verebimur crebrò cibum exhibere, febrem continuam victu intempeſtiuo augentes, matrem necabimus. Sed ſi abſque febre morbus aliquis acutus alius grauidam mulierem inuadat, veluti morbus comitialis, morbus attonitus, conuulſio, tetanus, propter magnitudinem morbi & vehementiam fieri vix poteſt vt laborans euadat. Ergo illi, aut fœtui, aut vtriq; cadendum, ſaltem ingens periculum impendet ab aliquo morbo acuto.

XXXII.

Γυναικὶ αἷμα ἐμεούσῃ, τῶν καταμηνίων ῥαγέντων λύσις γίνεται.

Mulieri ſanguinem euomenti, menſtruis erumpentibus, ſolutio aduenit.

Reuulſio in contrarium molienda, ſurſum ſcilicet, repentibus humoribus deorſum: deorſum, ſurſum: intrò, foras: Quod ex natura manifeſtum eſt operibus.

XXXIII.

Γυναικὶ τῶν καταμηνίων ἐκλιπόντων, αἷμα ἐκ τῶν ῥινῶν ῥυῆναι, ἀγαθόν.

Menſtruis deficientibus ſanguis ex naribus fluens, bonum.

Eadem ex cauſa, profluuium ſanguinis è naribus auxilio eſt ei malo, quod ex ſuppreſſis contra naturam menſibus ortum eſt.

XXXIV.

Γυναικὶ ἐν γαστρὶ ἐχούσῃ ἢν ἡ κοιλίη πολλὰ ῥυῇ, κίνδυνος ἐκτρῶσαι.

Mulieri in vtero gerenti, ſi aluus plurimùm profluat, periculum eſt ne abortiat.

Si mulieri grauidæ fluat aluus ſupra modum, periculum eſt ne defectu alimenti pereat infans: non enim tum fit proba coctio, nec cibi diſtributio, cùm immodicè fluit aluus.

XXXV.

Γυναικὶ ὑπὸ ὑστερικῶν ἐνοχλουμένῃ ἢ δυστοκούσῃ πταρμὸς ἐπιγινόμενος, ἀγαθόν.

Mulieri quæ ab vteri ſtrangulationibus infeſtatur, aut quæ difficulter partum edit, ſternutamentum ſuperueniens, bonum.

Sternutatione significatur, quòd natura, quæ prius erat sopita & obruta, iam collectis viribus expergiscitur & redit ad se. Signum ergo bonum sternutatio, & causa etiam iuuaminis est, quia vehementiore concussu partim quidem naturam excitat, partim verò excernit quæ partibus corporis firmiter infixa hærent.

XXXVI.

Γυναικὶ τὰ καταμήνια ἄχροα, καὶ μὴ κατὰ τὰ αὐτὰ αἰεὶ γινόμενα, καθάρσιος δεῖσθαι σημαίνει.

Mulieri menses decolores, nec per idem semper tempus venientes, purgationem indicant esse necessariam.

Mulieri temperatæ menses debent esse rubicundi: biliosæ, flauicantes: melancholicæ, nigricantes: Pituitosæ, albi. Pro diuersitate coloris alieni à solito & laudabili, purganda est medicamento ducente nunc bilem, nunc melancholiam, nunc verò pituitam: id autem indicabit mutatio ipsa coloris consueti.

XXXVII.

Γυναικὶ ἐν γαστρὶ ἐχούσῃ ἢν οἱ μαστοὶ ἐξαίφνης ἰσχνοὶ γένωνται, ἐκτιτρώσκει.

Mulieri grauidæ si mammæ repentè extenuentur, abortit.

Gracilitas mammarum abortum futurum portendit, ob defectum alimenti: Communes enim quædam venæ sunt mammis ac vtero, quæ ubi

vbi parum habuerint sanguinis, fœtu inde alimentum rapiente, graciles mammas relinquunt, & inedia fœtum nonnunquam perire sinunt, nonnunquam verò eundem ad excretionem excitant: nam fœtus, indigentiam nutrimenti non ferens, voluendo sese & calcitrando rumpit membranas quibus in vtero continetur, & sibi ad natiuitatem viam parat, ac intempestiuè foras exit. Succursurus medicus debet ea dare quæ cito sanguinem generent & augeant.

XXXVIII.

Γυναικὶ ἐν γαστρὶ ἐχούσῃ ἢν ὁ ἕτερος μαστὸς ἰσχνὸς γένηται δίδυμα ἐχούσῃ, θάτερον ἐκτιτρώσκει. καὶ ἢν μὲν ὁ δεξιὸς ἰσχνὸς γένηται, τὸ ἄρσεν, ἢν δὲ ὁ ἀριστερὸς, τὸ θῆλυ.

Mulieri grauidæ geminos ferenti si altera mamma extenuatur, alterum abortit: Et si quidem dextra extenuatur, marem: sin sinistra, fœminam.

Existentibus in vtero geminis, altero mare, altero fœmina: si dextra quidem mamma arescat ac extenuetur, mas in periculo est, ob eam quæ prius dicebatur causam, nimirum ob alimenti inopiam: si verò sinistra gracilis fiat, fœmina. Nam fœtus fame excruciati, appendices & ligamenta dilacerant, atque hac ratione mulier abortit.

XXXIX.

Ην γυνὴ μὴ κύουσα, μηδὲ τετοκυῖα γάλα ἔχῃ, ταύτῃ τὰ καταμήνια ἐκλέλοιπε.

Si mulier quæ neque grauida eſt, neque peperit, lac habet, huic menſtrua defecerunt.

Alimentum trifariam dicitur Hippocrati: eſt enim quod exquiſitè adſimilatum alit, eſt veluti alimentum, eſt & quod alere debet, aut quod aliquando alet. Derelictus autem ſimilis quidem natura partis humor aliquis exiſtit, vt in oſſibus, medulla: in hepate, ſanguis: ſpumeus humor, in carne pulmonis: & in articulorum compagibus, glutinoſus humor: & in teſtibus & aſſiſtentibus anfractibus, ſemen: & in lingua, ſaliua: ſunt etiam quidam in mammis adenes, vim habentes id quod influit alterandi: cùm autem ſint exangues & albi, proprium efficiunt humorem talem quale eſt lac, atque huius plus faciunt, quantò plus alimenti defertur ad ipſos, plus autem defertur octauo & nono menſe conceptionis. Fit etiam tale quandoque, licet admodum rarò, cùm mulier grauida non eſt, nec peperit, quando ad ſimilem peruenerint communes venæ mammarum & vteri repletionem, ex menſtruorum retentione: id verò tum accidere poteſt, cùm ſanguis, qui euacuabatur per menſes, regurgitauit in mammas.

Γυναι-

XL.

Γυναιξὶν ὁκόσῃσιν ἐς τοὺς τιτθοὺς αἷμα συ-στρέφεται, μανίην σημαίνει.

Si mulieri coaceruatur ſanguis in mammis, furorem indicat.

Eorum adenum qui ſunt in mammis exanguis eſt natura, & frigida, omne enim exangue frigidum: Quinetiam eum qui ad ipſos defertur ſanguinem, in lac frigidius ſanguine transſmutant. Sed ſi transſmutari non poteſt ſanguis eò delatus, aut propter abundantiam, aut propter feruorem eius & prauitatem, furorem indicat: labitur enim biliosiſſimus per totum corpus, caputq́ potiſſimum petit, vt minimè ſit mirum eas mulieres, quibus hoc accidit, in furorem agi, ſit enim furor & mania à ſanguine bilioſo in caput delato.

XLI.

Γυναῖκα ἢν θέλῃς εἰδέναι εἰ κύει, ἐπὴν καθεύδειν μέλλῃ, μελίκρητον διδόναι πιεῖν, κἢν μὲν στρόφον ἔχῃ περὶ τὴν γαστέρα, κύει· ἢν δὲ μή, οὐ κύει.

Si noſſe velis num mulier conceperit, quum dormitura eſt à cœna ei aquam mulſam bibendam dabis: Et ſi cruciatus hanc circa ventrem corripuerit, concepit: ſin minus, non concepit.

Mellicratum crudum ventrem & intestina flatibus implet, qui facilem non habentes exitum in muliere quæ concepit, ob vteri compressionem, tormina generant: in ea verò quæ non concepit, flatus quidem à mellicrato fieri possunt, sed hi exhalantur absque torminibus. hoc tamen signum conceptus certum non est, nec perpetuum.

XLII.

Γυνὴ ἔγκυος εἰ μὲν ἄρρεν κύῃ, εὔχροος ἐστὶν, ἢν δὲ θῆλυ, δύσχροος.

Mulier si marem concepit, benè colorata est: si verò fœminam, malè colorata.

Quæ marem concepit, melius est seipsa colorata, nimirum à calore, quia mas est calidior fœmina. Nec est hoc signum certum: sunt enim & fœminæ viragines, & viri effœminati.

XLIII.

Ην γυναικὶ κυούσῃ ἐρυσίπελας ἐν τῇ ὑστέρῃ γένηται, θανατῶδες.

Si mulieri grauidæ in vtero fiat erysipelas, lethale.

Si febris acuta sola fœtum interimere potest, non mirum si erysipelas in vtero ex sanguine feruido & bile natum, quod febris acuta consequitur, hoc ipsum efficiat.

XLIV.

Ὁκόσαι παρὰ φύσιν λεπταὶ ἐοῦσαι ἐν γαστρὶ ἔχουσιν, ἐκτιτρώσκουσι πρὶν ἢ παχὺν θῆναι.

Quæ-

Quæcunque præter naturam tenues existentes vtero gerunt, abortiunt priusquam crassescant.

Quantò magis accedit mulier ad mediocritatem, tantò est aptior concipiendo, & in tempore pariendo. Quæ fit vt supra modum extenuata, fœtum portare non possit ad tempus legitimum, ob alimenti inopiam: si verò vehementer emaciata post conceptionem crassescat, signum est quòd alimentum totum absumitur in mulierem, & sanguis ad conceptus alimentum deputatus, ad eius quæ concepit nutritionem recipiatur. Quare non absque ratione, fœtus sufficienti indigens alimento, corrumpitur.

XLV.

Ὁκόσαι δὲ μετρίως τὸ σῶμα ἔχουσαι ἐκτιτρώσκουσι δίμηνα καὶ τρίμηνα ἄτερ προφάσιος φανερῆς, ταύτῃσιν αἱ κοτυληδόνες μύξης μεσταί εἰσι, καὶ οὐ δύνανται κρατεῖν ὑπὸ τοῦ βάρεος τὸ ἔμβρυον, ἀλλ' ἀπορρήγνυνται.

Quæcunque mediocri corporis habitu præditæ, secundo & tertio mensibus sine causa manifesta abortiunt, iis acetabula vteri plena mucoris sunt, neque præ pondere fœtum continere possunt, sed rumpuntur.

Mulier ante quartum mensem plus obnoxia est abortioni. Quare temperata etiam quæ fu[...]it,

si secundo aut tertio impregnationis mense abortiat, idq; fiat non ab alimenti penuria, non à febre vehemente, euacuatione immodica, erysipelate, aut alia quapiam occasione manifesta, ei sunt acetabula plena mucoris. Nam si pituita intercedat mucosa inter orificia illa (Græcè dicuntur cotyledones, quæ sunt ora velut oribus iuncta) faciet vt amplius non hæreant sibi: vnde soluta, vt ita dicam, contiguitate, sequitur abortio.

XLVI.

Ὁκόσαι παρὰ φύσιν παχεῖαι ἐοῦσαι μὴ ξυλλαμβάνουσιν ἐν γαστρὶ, ταύτῃσι τὸ ἐπίπλοον τὸ στόμα τῶν ὑστερέων ἀποπιέζει, καὶ πρὶν ἢ λεπτυνθῆναι οὐ κύουσιν.

Quæ immodicè crassæ concipere nequeunt, iis omentum os vteri comprimit, & priusquam extenuentur non concipiunt.

Supra modum tenues concipiunt quidem, sed abortiunt ob alimenti defectum: crassæ verò nimium non concipiunt. Nam omentum cùm adipe multo tegens intestina, os internum vteri tantùm comprimit, vt genituram non excipiat. Quare nisi ad mediocritatem redeant, concipere non possunt.

XLVII.

Ἢν ὑστέρη ἐν τῷ ἰσχίῳ ἐγκειμένη διαπυήσῃ, ἀνάγκη ἔμμοτον γίνεσθαι.

Si vterus, ea parte qua coxæ incumbit adiacétve, ſuppuratur, neceſſe eſt emmotum fieri.

In vteri ſuppuratione ad exteriora, neceſſe eſt per emmotum fieri curationem, hoc eſt, linteolum carptum cum idoneis remedijs applicari parti neceſſe eſt, ne ſi abſque linamentis medicamentum imponatur, effluat ipſum, & ex eo nulla percipiatur vtilitas.

XLVIII.

Ἔμβρυα, τὰ μὲν ἄῤῥενα ἐν τοῖσι δεξιοῖσι, τὰ δὲ θήλεα ἐν τοῖσιν ἀριστεροῖσι μᾶλλον.

Fœtus qui mares ſunt, in dextra vteri parte: qui fœminæ, in ſiniſtra magis continentur.

Par eſt vt qui calidior eſt fœtus, in calidiori vteri parte conſiſtat. Calidior autem vteri pars eſt dextra, eo quòd iocinori è directo ſubdita ſit. Quo fit vt in dextra parte magis conſiſtant mares, fœminæ in ſiniſtra.

XLIX.

Ἐς ὑστερέων ἐκπτώσιας πταρμικὸν ἐπιτιθεὶς ἐπιλαμβάνειν τοὺς μυκτῆρας καὶ τὸ στόμα.

Vt ſecundæ procidant, ſternutatorio appoſito nares & os comprime.

Secunda ſeu ſecundina corium eſt fœtum inuoluens: hæc ſi poſt partum remaneret in vtero, odoris grauitate caput repleret, & ſtomachum

putrefacta euerteret. Quare maturè excutiendam esse docet, apposito sternutatorio ex pipere, pirethro, helleboro, vel castorio confecto, vel ex similibus: Sternutamenti enim violentia & concussione, secundina deorsum fertur, ore præsertim & naribus occlusis, ut spiritus ad infernas partes descendens, expultricem vim adiuuet in educendis locis.

L.

Γυναικὶ τὰ καταμήνια ἢν βούλῃ ἐπισχεῖν, σικύην ὡς μεγίστην πρὸς τοὺς τιτθοὺς πρόσβαλλε.

Si mulieri menstrua sistere volueris, cucurbitulam quàm maximam sub mammis defige.

Sunt communes vtero & mammis venæ: per reuulsionem ergo retrahitur sanguis sursum, affixa sub mammis ingenti cucurbitula. Sed non est fidendum vbi remedio, tentanda quoque sunt & alia, repellentia, astringentia, emplastica, &c.

L I.

Γυναικὶ ἐν γαστρὶ ἐχούσῃ τεινασμὸς ἐπιγινόμενος, ἐκτρῶσαι ποιέει.

Mulieri vtero gerenti, si tenesmus superuenerit, facit abortum.

Hic aphorismus est idem cum aphor. 27. septimæ sectionis, vbi vide commentarium.

Ὁκόσαι

LII.

Ὁκόσαι ἐν γαστρὶ ἔχουσι, τουτέων τὸ στόμα τῶν ὑστερέων συμμέμυκεν.

Quæ vtero gerunt, iis vteri os coarctatum est.

Post conceptionem tam arctè clauditur vteri os, vt ne aciculæ quidem pateat, ne calor natiuus fœtum ipsum fouens expiret, aut ne frigus offendens subintret. Adueniente tamen in coitu nouo semine, aperitur interdum, vnde superfœtatio: quæ, licet admodum rarò fiat, fieri tamen aliquando potest.

LIII.

Ην γυναικὶ ἐν γαστρὶ ἐχούσῃ γάλα πολὺ ἐκ τῶν μαζῶν ῥυῇ, ἀσθενὲς τὸ ἔμβρυον σημαίνει. ἢν δὲ στερεοὶ οἱ μαστοὶ ἔωσιν, ὑγιεινότερον τὸ ἔμβρυον σημαίνει.

Mulieri vtero gerenti si lac è mammis plurimum effluat, imbecillum esse fœtum significat: si verò solidæ mammæ fuerint, sanjorem esse fœtum indicant.

Si multus sanguis fertur ad mammas per venas communes vtero & mammis, paucus ad vterum fertur: Vnde cognoscetur imbecillitas fœtus, qui parum sanguinis absumat. Præterea est mala causa, quia omnis immodica vacuatio noxia est vtero gerenti. Liquet autem quòd mulieris grauidæ mammas neque tenues oportet appa-

rere, sicut in muliere non grauida, (hoc enim signum inopiam sanguinis ostendit, & hac ratione fœtus in ipsis corrumpitur) neque adeo plenas vt lac effluat, sed tantum intumescere, vt solida tangentibus videantur. Media enim hæc consistentia inter renitentes, propter nimiam repletionem, & molles ac laxas, propter defectum sanguinis, est laudabilis: mediocriter enim impletæ, ipsi fœtui satis esse alimenti demonstrant, reliquum verò sanguinis, quo non eget, ad mammas deferri, vt illic in lac mutatum præsto sit infanti, vbi primùm in lucem editus fuerit, vt inde alatur.

L I V.

Ὁκόσαι διαφθείρειν μέλλουσι τὰ ἔμβρυα, τουτέῃσιν οἱ τιτθοὶ ἰσχνοὶ γίνονται. ἢν δὲ πάλιν σκληροὶ γένωνται, ὀδύνη ἔσται ἢ ἐν τοῖσι τιτθοῖσιν, ἢ ἐν τοῖσιν ἰσχίοισιν, ἢ ἐν τοῖσιν ὀφθαλμοῖσιν, ἢ ἐν τοῖσι γούνασι, καὶ οὐ διαφθείρουσιν.

Quæ abortum facturæ sunt, iis mammæ extenuantur: Si verò contrà duræ fiant, dolor erit vel in mammis, vel coxis, vel oculis, vel genibus, & non abortient.

Mammæ tenues omnino præcedunt fœtus corruptionem. Extenuantur autem vel penuria sanguinis, vel eius transmissione ad vterum dolentem à causa aliqua aborsus. Natura siquidem ad afflictam uteri partem transmittit sanguinem,

quo destitutas mammas contingit arescere ac extenuari. Si verò extenuatæ, rursus duræ fiant propter materiam superuacuam quæ illuc ab vtero defertur, dolor mammas infestabit, aut coxas, aut oculos, aut genua, si in has partes natura reposuerit inutilem materiam, & non abortient, vtero scilicet ea materia liberato.

LV.

Ὀκόσῃσι τὸ στόμα τῶν ὑστερέων σκληρόν ἐςι, ταύτῃσιν ἀνάγκη τὸ στόμα τῶν ὑστερέων ξυμμύειν.

Quibus os vteri durum est, iis coarctari id ipsum necesse est.

Os vteri coarctari commune est signum & tumoris alicuius in eo existentis, & conceptionis in muliere, id quod oportet ex duritie distinguere: Nam grauidis molle est, & secundùm naturam: in quibus autem est tumor præter naturam, siue phlegmonæ similis, siue scirrho, durum.

LVI.

Ὀκόσαι ἐν γαςρὶ ἔχουσαι ὑπὸ πυρετῶν λαμβάνονται, καὶ ἰσχυρῶς ἰσχναίνονται ἄνευ προφάσιος φανερῆς, τίκτουσι χαλεπῶς καὶ ἐπικινδύνως, ἢ ἐκτιτρώσκουσαι κινδυνεύουσιν.

Quæcunque mulieres grauidæ à febribus capiuntur, & vehementer sine causa manifesta extenuantur, difficulter pariunt, & cum periculo, aut abortientes periclitantur.

Mulier grauida febre aliqua laborans ex vitiosis humoribus antequam conciperet aceruatis orta si plus quàm ratio postulat extenuetur affligatur ve diutius, non audentibus medicis aliquod auxilium grauidæ exhibere, neque exactam victus rationem imperare, ne fœtui necessarium alimentum auferatur, non est mirum si periclitetur ipsa, aut difficulter pariat, aut etiam abortiat: fœtus enim cùm aliquando nequit obsistere malo, ex febre & vitio humorum corrumpitur: nonnunquam verò perdurat quidem vsque ad tempus partus, sed cùm & ipse valetudinarius sit (vt qui longo tempore laborauerit) & matrem habeat imbecillem, non sine periculo paritur. Nam ad bonum partum, duorum corporum vigore est opus, & grauidæ mulieris & infantis.

LVII.

Ἐπὶ ῥόῳ γυναικείῳ σπασμὸς ἢ λειποθυμίη ἢν ἐπιγένηται, κακόν.

In fluxu muliebri si conuulsio & animi defectus aduenerit, malum.

Animi defectio commune quidem est omnis immodicæ euacuationis symptoma, conuulsio verò, etsi non communis existat, ad plurimas tamen consequitur euacuationes, & præcipuè si pars quæ patitur neruosa fuerit. Porrò vtrumque à purgatione muliebri malum est, nam animi defectio summam virium imbecillitatem ostendit:

Con-

Conuulsio verò ex siccitate aut inanitione magna ex parte lethalis est.

LVIII.

Καταμηνίων γινομένων πλειόνων νοῦσοι ξυμβαίνουσι, καὶ μὴ γινομένων ἀπὸ τῆς ὑστέρης ξυμβαίνουσι νοῦσοι.

Menstruis largius fluentibus morbi eueniunt, non fluentibus autem ex vtero morbi contingunt.

Conuenit quidem inter medicos ex immodico fluxu sanguinis menstrui generari subinde morbos, vt refrigerato totius corporis habitu cachexian, hydropen, fœdum colorem, tumorem pedum, ac virium omnium imbecillitatem. Verùm Hippocrates hoc loco dicit etiam fieri morbos ex eiusdem fluxus menstrui retentione: menses enim supprimi contingit, vel quia venæ ferentes ad vterum menstruam purgationem, comprimuntur, vel obstruuntur propter crassitiem sanguinis & lentorem, vel ob robur vasorum vteri, adeo vt quod influit non admittant. Quodcunque autem horum fuerit, necesse est processu temporis ipsum vterum pati aut similem inflammationi dispositionem, aut erysipelati, aut scyrrho, aut cancro. Quibus denuò totum corpus compatitur, vt vel decoloratio, vel artuum grauitas, vel febres errabundæ, vel alius aliquis subsequatur affectus, pro natura excremẽtorum in corpore aceruatorũ.

LIX.

Ἐπὶ ἀρχῷ φλεγμαίνοντι, καὶ ἐπὶ ὑστέρῃ φλεγμαινούσῃ, καὶ ἐπὶ νεφροῖσιν ἐμπύοισι στραγγουρίη ἐπιγίνεται. ἐπὶ δὲ ἥπατι φλεγμαίνοντι λύγξ ἐπιγίνεται.

Recto intestino & vtero inflammatione affectis, renibusq; purulentis, vrinæ stillicidium accidit. Iecoris verò inflammationem singultus sequitur.

Stranguria Græcis, Latinis vrinæ stillicidium dicitur, non est aliud quàm vbi guttatim distillat vrina, atque assiduam ad mingendum irritationem inducit. Recto igitur intestino & vtero inflammatione laborantibus, non mirum si vrinæ stillicidium accidat: nam per compatiendi rationem vesica etiam vnà cum ijs malè afficitur, adeo vt ceruice eius compressa, & vi retentrice dissoluta non possit vrinam retinere: ijs siquidem patientibus, vicinitatis ratione pati vesicam est necessarium, vt quæ & intemperiei particeps sit & inflammationis, & prematur à tumoribus præter naturam qui vicinis partibus insunt. In purulentis autem renibus, pus ad vesicam delatum eam sua acrimonia mordicat, atque facultatem expultricem irritans excitat ad excretionem. Ob ventriculi consensum cum hepate, & neruorum vtriusque partis communicationem,

hepate

hepate inflammationem patiente, ſingultus accidit ventriculo, non quidem ſemper, ſed cum ad maximam inflammationem hepar attollitur.

L X.

Γυνὴ ἢν μὴ λαμβάνῃ ἐν γαστρὶ, βούλῃ δὲ εἰδέναι εἰ λήψεται, περικαλύψας ἱματίοισι θυμία κάτω. κἢν μὲν πορεύεσθαί σοι δοκέῃ ἡ ὀδμὴ διὰ τοῦ σώματος ἐς τὰς ῥῖνας καὶ ἐς τὸ στόμα, γίνωσκε ὅτι αὐτὴ οὐ δι' ἑωυτὴν ἄγονός ἐστιν.

Si mulier non concipit, ſcire autem vis an conceptura ſit, pannis circumtectam infernè ſuffias, & ſi odor videatur per corpus ire ad nares & os, ſcito, quòd ipſa non ex ſeipſa ſterilis eſt.

Suffitus aromatum collo vteri per infundibulum immiſſus ſi non permeet ad nares, ſcito corpus vteri frigidum eſſe nimis, & denſum, ac ideo ad concipiendum ineptum.

L X I.

Ἢν γυναικὶ ἐν γαστρὶ ἐχούσῃ αἱ καθάρσιες πορεύωνται, ἀδύνατον τὸ ἔμβρυον ὑγιαίνειν.

Si mulieri vtero gerenti purgationes procedant, impoſſibile eſt fœtum eſſe ſanum.

Fœtus nec alimentum trahit, nec probè nutritur, ſi copioſè fluant purgationes ſingulis menſibus: Siquidem ex menſtruo ſanguine fœtus alitur.

LXII.

Ην γυναικὶ καθάρσιες μὴ πορεύωνται, μήτε φρίκης, μήτε πυρετοῦ ἐπιγινομένου, ἄσαι δὲ αὐτῇ προσπίπτωσιν, λογίζου ταύτην ἐν γαστρὶ ἔχειν.

Si purgationes mulieri cessent, neque febre, neque rigore superueniente, & fastidia cibi incidant, iudica ipsam in vtero habere.

Supprimuntur grauidis menses à natura, vt sint alimentum fœtui. Suppressi ergo sine causa manifesta significant impregnationem, quod plurimæ mulieres ipsa experientia duce didicerunt: Cùm enim fastidium cibi patiuntur, menstruis suppressis, tunc se concepisse coniiciunt. Fit autem fastidium cibi eadem qua pica ratione, læso ore ventriculi in grauidis. Contingit & nonnullis aliquid tale propter humores vitiosos totum corpus occupantes, verùm hoc cum horrore & febre patiuntur, atque his signis distinguuntur morbosæ à grauidis.

LXIII.

Ὁκόσαι ψυχρὰς καὶ πυκνὰς τὰς μήτρας ἔχουσι, οὐ κυΐσκουσι. καὶ ὁκόσαι καθύγρους ἔχουσι τὰς μήτρας, οὐ κυΐσκουσιν· ἀποσβέννυται γὰρ αὐταῖς ὁ γόνος. καὶ ὁκόσαι ξηρὰς μᾶλλον καὶ περικαεῖς· ἐνδείῃ γὰρ τῆς τροφῆς φθείρεται τὸ σπέρμα. ὁκόσαι δὲ ἐξ ἀμφοτέρων τὴν κρᾶσιν ἔχουσι σύμμετρον, αἱ τοιαῦται ἐπίτεκνοι γίνονται.

Mulie-

Mulieres quæ frigidos & densos habent vteros, non concipiunt, quæ etiam præhumidos habent, haud concipiunt: (extinguitur enim in eis genitura:) & quæ siccos & immodicè calidos habent, inopia enim alimenti corrumpitur genitale semen. Quæ verò in vtrisque oppositionibus mediocriter temperatum habent vterum, hæ fœcundæ sunt.

Muliebris vterus rectè conferetur cum terra, quæ nisi temperata in qualitatibus primis, fœcunda non est: Siquidem in ea quæ supra modum frigida est, semen refrigeratum extinguitur: in humida, quasi in palustri & cœnoso loco, superfluo humore delibutum summergitur, nec habet cui radicibus innixum hæreat: in sicca, sabulosa, argillacea, aut petrosa, semen alimenti defectu arescit: In ea verò quæ immodicè calida est, torretur. Quo fit vt vteri benè temperati in ijsdem qualitatibus sint ad conceptionem idonei, malè autem temperati, si parum à bonitate recedunt, difficulter concipiunt: Si verò nimium, mulieres steriles fiunt. Omnium autem vteri intemperaturarum quas sequitur sterilitas, indicia sumentur à vapore & suffitu aromatum, de quo superius dictum est.

LXIV.

Παραπλησίως δὲ καὶ ἐπὶ τῶν ἀῤῥένων. ἢ γὰρ δι'

ἀραιότητα τοῦ σώματος τὸ πνεῦμα ἔξω φέρεται, πρὸς τὸ μὴ διαπέμπειν τὸ σπέρμα, ἢ διὰ τὴν πυκνότητα τὸ ὑγρὸν οὐ διαχωρέει ἔξω, ἢ διὰ τὴν ψυχρότητα οὐκ ἐκπυρεᾶται, ὥστε ἀθροίζεσθαι πρὸς τὸν τόπον τοῦτον, ἢ διὰ τὴν θερμασίην τὸ αὐτὸ τοῦτο γίνεται.

Similiter autem & in maribus euenit: aut enim propter corporis raritatem ſpiritus extra fertur, vt ſemen tranſmitti non poſſit, aut ob denſitatem humor non excernitur, aut propter frigiditatem non excaleſcit, vt eo in loco coaceruari poſſit, aut propter calorem hoc idem euenit.

Hic Aphoriſmus non cenſetur Hippocratis, quòd omni ferè ex parte ſit falſus. poterat autem ſic verius efferri: Similiter & in viris, vel caliditas, vel frigiditas, vel humiditas, vel ſiccitas immodica cauſa eſt ſterilitatis. Nam ob excedentem calorem ſemen fit toſto ſimile: Ob frigiditatem non benè concoquitur, atque ideo ſi mediocris ſit intemperatura in ipſo, indiget vtero calido multùm: ſi verò immodica ſit, ſterile eſt: Ob ſiccitatem verò, quod, vbi primùm excidit, extendi non poteſt, quod maximè ſit neceſſarium ſi mulier debet concipere. Ob humiditatem rurſus non concoquitur, ac ideo, ſi modica ſit intemperatura, vtero calidiori indiget & ſicciori; ſi verò immodica, ſterile eſt: Immodica ergo intemperatura ſterilitatis

litatis

litatis sunt causæ, modica verò si sint, & contrarÿs coniungantur, tunc concipient mulieres: Si verò similibus, non concipient. Neque enim fieri potest, vt frigidum semen in vtero frigidiore sit fertile, neque siccum in licciore, & aliorum vtrunque eodem modo: sed indiget semen quidem frigidius vtero tantò calidiore, quantò deficit ab optima temperatura: & humidius, ficciore: & in alÿs eodem modo.

LXV.

Γάλα διδόναι κεφαλαλγέουσι, κακόν. Κακὸν δὲ καὶ πυρεταίνουσι, καὶ οἷσιν ὑποχόνδρια μετέωρα διαβορβορύζοντα, καὶ τοῖσι διψώδεσι. Κακὸν δὲ καὶ οἷσι χολώδεες αἱ διαχωρήσιες, καὶ ἐν τοῖσιν ὀξέσι πυρετοῖσιν ἐοῦσι, καὶ οἷσιν αἵματος πολλοῦ διαχώρησις γέγονεν. Αρμόζει δὲ τοῖσι φθινώδεσι μὴ λίην πολλῷ πυρέσσουσι διδόναι γάλα, καὶ ἐν πυρετοῖσι μακροῖσι καὶ βληχροῖσι μηδενὸς τῶν προειρημένων σημείων παρεόντος, παρὰ λόγον δὲ ἐκτετηκόσι.

Lac dare caput dolentibus, malum: malum verò & febricitantibus, & quibus hypochondria suspensa murmurant, & siticulosis: malum autem & quibus in febribus acutis biliosæ sunt deiectiones, & quibus sanguinis multi deiectio facta est. Conuenit autem tabidis qui non multum febricitant, & in febribus longis & paruis, si nullum

ex supradictis signis affuerit, & præter rationem consumptis.

Quando in ijs qui integra sanitate fruuntur videmus lac capiti dolorem afferre, & ilium inflare: nihil mirum quòd ijs qui iam caput dolent, vel suspensa habent, hoc est inflata & flatuosa ilia, sit inimicissimum, ventrem siquidem flatibus implere consueuit, & quia facilè euaporat, caput petit ac dolorem auget. Hac ratione quidem bonum est febricitantibus, quia frigidum humidum: Sed hac ratione malum, quia facilè acescit & corrumpitur in ventriculo, promptéque vertitur in bilem, & quia flatulentum, generat vapores, qui elati in caput, ipsum replent & tendunt. Sitibundis etiam est inimicum, & ijs quibus biliosa deijciuntur, & acutè febricitantibus: nam in vniuersum didicimus, quòd celerrimè ab omnibus causis calidis lac ad fumosum alteratur. Rationabiliter itaque dicetur his passionibus lac plurimum aduersari. Conuenit autem tabidis quia pus quod in pulmone est coaceruatum, abstergit, vlcera eiusdem conglutinat, ac agros nutrit: Conuenit autem dummodo non adsit magna febris: conuenit & in febribus longis & paruis: vt & ijs qui alia ex causa supra modum sunt extenuati, quibus est necessarius cibus bonum generans succum, & qui citò per venas distribuatur, si nullum ex supradictis signis, vt capitis dolor,

lor, febres acutæ, tumida hypochondria, &c. obstiterit.

LXVI.

Ὀκόσοισιν οἰδήματα ἐφ' ἕλκεσι φαίνεται, οὐ μάλα σπῶνται, οὐδὲ μαίνονται. τουτέων δ' ἀφανισθέντων ἐξαίφνης, τοῖσι μὲν ὄπισθεν σπασμοὶ, τέτανοι, τοῖσι δὲ ἔμπροσθεν μανίαι, ὀδύναι πλευροῦ ὀξεῖαι, ἢ ἐμπύησις, ἢ δυσεντερίη ἢν ἐρυθρὰ ᾖ τὰ οἰδήματα.

Quibus tumores in vlceribus apparent, ij rarò conuelluntur, neque insaniunt: si verò repente euanescunt, iis quidem quibus à tergo vlcera fuerint, conuulsiones & distentiones accidunt: quibus verò in anterioribus partibus vlcera fuerint, maniæ, aut lateris dolor acutus, aut suppuratio, aut dysenteria si rubri fuerint tumores.

Quibus tumores in vlceribus apparent, ij rarò conuelluntur, neq; insaniunt, quia materia conuulsionis circa vlcera ipsa hæret, nec ad neruosas partes aut cerebrum transmittitur. Si verò tumores repentè euanescant qui prius apparebant in dorso, conuulsiones excitabunt in neruosis partibus maximè: posteriora siquidem neruosa sunt, anteriora venosa atque arteriosa. Qui autem in anterioribus partibus euanescunt, insaniam, si humor feratur ad caput, inducent: aut lateris dolorem, si idem ad thoracem conuertatur. Sed si

non dissoluatur humor, intra thoracem & pulmonem se recipiente puris materia, suppurationem facient. Cæterùm ad intestina translatis humoribus noxijs dysenteria accidet cruenta, si tumores rubri fuerint.

LXVII.

Ἢν τρωμάτων ἰσχυρῶν ἐόντων καὶ πονηρῶν οἰδήματα μὴ φαίνηται, μέγα κακόν.

Si in vulneribus prauis & magnis tumores non apparent, ingens est malum.

In vulneribus effatu dignam magnitudinem habentibus, si tumor non apparet, malum est, quia suspicio est humorem noxium ad partes principes transmitti, qui ad vulnera ipsa confluere deberet propter dolorem ibi existentem, quippe dolor attrahit, & fluxiones concitat. Hinc intelligitur quòd deiecta natura vincitur.

LXVIII.

Τὰ χαῦνα χρηστὰ, τὰ ἔνωμα κακά.

Molles tumores, boni: crudi verò, mali.

Molles tumores significant materiam minimè rebellem: duri verò, & qui digitis non cedunt, significant materiam crudam, crassam, valenter impactam. Non enim fieri potest vt sit tumor renitens, benè concoquente membri natura humores ad ipsum confluentes.

Τὰ ὀπι-

LXIX.

Τὰ ὄπισθεν τῆς κεφαλῆς ὀδυνωμένῳ, ἡ ἐν μετώπῳ ὀρθὴ φλὲψ τμηθεῖσα, ὠφελέει.

Dolenti posteriorem capitis partem, recta in fronte vena secta prodest.

Non solùm studet Hippocrates, vbi sit opus euacuare, sed etiam cum auersione. Auersio autem ad contraria fit: secundùm longitudinem quidem, infrà suprà'q; : secundùm latitudinem verò, ad dextram & sinistram: secundùm profunditatem, ad anteriora & posteriora. In dolore itaque partis capitis posterioris, quando humor affligens in capite continetur, vena recta in fronte secta prodest, hoc est, ea vena quæ secundùm rectitudinem filamentorum respondet ei quæ partem affectam alit: Sicuti & in anteriori dolore capitis vena in occipite secta iuuat. Sic enim diuturnæ oculorum fluxiones sæpius sanatæ sunt ex occipite sanguine misso, vnà cum cucurbitula vna. Porrò si plethoricum esset corpus, non esset huic remedio locus, nisi prius liberatis obstructionibus, & purgato corpore vniuerso.

LXX.

Ῥίγεα ἄρχεται γυναιξὶ μὲν ἐξ ὀσφύος μᾶλλον, καὶ διὰ νώτου ἐς κεφαλήν. ἀνδράσι δὲ μᾶλλον ὄπισθεν ἢ ἔμπροσθεν τοῦ σώματος, οἷον ἀπό τε πηχέων καὶ μηρῶν. ἀτὰρ καὶ τὸ δέρμα ἀραιόν. δηλοῖ δὲ τοῦτο ἡ θρίξ.

Refrigerationes incipiunt mulieribus quidem à lumbis magis, & per dorsum ad caput percurrunt, sed & viris in parte posteriore potius quàm anteriore corporis, veluti cubitis & femoribus: Sed & cutis rara: indicio autem est pilus.

Partes posteriores non in fœminis tantùm, sed & in viris paratiores sunt recipere frigiditatem, quæ celerrimè facta per spinalem medullam, compassione recurrit ad caput, principium neruorum. Partes autem anteriores non ita frigori sunt obnoxiæ, quoniam calidiorem habent temperaturam: Cuius rei argumentum sumit ex cutis raritate, huius verò ipsius rursus ex pilorum multitudine.

LXXI.

Οἱ ὑπὸ τεταρταίων ἁλισκόμενοι ὑπὸ σπασμοῦ οὐ πάνυ τι ἁλίσκονται. ἢν δὲ ἁλίσκωνται πρότερον, εἶτα ἐπιγένηται τεταρταῖος, παύονται.

Qui quartana laborant, conuulsionibus omnino non capiuntur: Si verò antea capiantur, & subinde quartana succedat, cessant.

Quæ quidem fit ex euacuatione conuulsio acutissima est & perniciosissima. Quæ verò ex repletione partium neruosarum, qualis in morbo comitiali fit, neque acutissima, neque similiter periculosa est. Hanc itaque conuulsionem quartana non

solùm prohibet fieri, verùm si prius facta est soluit. Fit autem ab humoribus lentis ac pituitosis, qui partibus neruosis inserti sunt. Cùm verò horum humorum duplex sanatio sit, excretio scilicet, & coctio, vtranque quartana habet, excretionem quidem ex rigore (hæc enim sola agitatio sufficiens est crassum excernere humorem) coctionem autem caloris febrilis ratione, qui rigorem consequitur.

LXXII.

Ὁκόσοισι δέρματα περιτείνεται καρφαλέα καὶ σκληρὰ, ἄνευ ἱδρώτων τελευτῶσιν. ὁκόσοισι δὲ χαλαρὰ καὶ ἀραιὰ, σὺν ἱδρῶτι τελευτῶσιν.

Quibus cutis obtenditur arida & ſicca, ſine ſudore moriuntur: Quibus verò laxa & rara, cum ſudore intereunt.

Morituri, qui quidem squalidas, duras, & siccas habent cutes & extensas, sine sudore moriuntur, quòd scilicet ob febris vehementiam humiditas omnis exhausta sit: Quibus contrà laxa & rara est cutis, cum sudore moriuntur, quòd videlicet cuti illi insit adhuc aliqua humiditas, quæ iam propter extremam retentricis facultatis imbecillitatem exit.

LXXIII.

Οἱ ἰκτερώδεες οὐ πάνυ τι πνευματώδεές εἰσι.

Qui regio morbo laborant non admodum flatuoſi fiunt.

Flatuosos dicit, qui colligunt in ventre multitudinem venti flatuosi, qui vel per ructus vel flatus excernitur, vel remanet & extendit quæ inibi sunt. Fit autem hoc nonnunquam ob debilitatem & partium ad ventriculum attinentium imbecillitatem, nonnunquam verò ex pituitoso & frigido humore. Hi itaque qui propter pituitosum humorem flatuosi sunt, contrarij sunt regio morbo laborantibus, vtpote biliosis: nam icterus fit à bile flaua calida sicca, flatus fiunt à materia frigida humida: Quo fit vt icterici ex humoris exuperantis natura non fiant flatuosi, nisi forte id accidat ob imbecillitatem partium.

APHORISMORVM HIPPOCRATIS Sectio VI.

APH. I.

ΕΝ τῇσι χρονίῃσι λειεντερίῃσιν ὀξυρεγμίη ἐπιγινομένη μὴ γινομένη πρότερον, σημεῖον ἀγαθόν.

In longis leuitatibus intestinorum, si ructus acidus superueniat qui prius non erat, signum bonum.

Lienteria, seu leuitas intestinorum, est passio per quam cibi celerrimè, priusquam permutationem accipiant, dilabuntur. Hæc si ab imbecillitate est facultatis retentricis & concoctricis ventriculi & intestinorum, ob aliquam eorum intemperiem, deiectiones habet absque dolore. Si verò ab humorum acrimonia superficiem intestinorum abradente, cum dolore permeat cibus & potus. Hîc autem ipsi sermo est de ea leuitate, quæ ex intemperie orta, retentricis facultatis imbecillitatem sequitur: Cui si succedit ructus acidus, significat calorem natiuum augeri, & cibum assumptum tantisper in ventriculo retineri, donec mutationis coctionísve principium accipiat, & naturam sui tandem officij reminisci.

II.

Οἷσι ῥῖνες ὑγρότεραι φύσει, καὶ ἡ γονὴ ὑγροτέρη, ὑγιαίνουσι νοσηρότερον. οἷσι δὲ τ' ἀναντία, ὑγιεινότερον.

Quibus nares natura humidiores, & genitura humidior, minus integra sanitate fruuntur: Quibus verò contrà accidit, salubrius degunt.

Qui laborant humida intemperie pluribus morbis sunt obnoxij: nam distillationibus ex parua occasione capiuntur: & si superfluitas eis ad inferiora descendat, partes subiectæ facilè offen-

duntur, fauces, guttur, aspera arteria pulmo, gula, ventriculus. Tusses itaque in ipsis fieri, & difficiles anhelitus, & anginas cruditatesq́; & ventris profluuia, est necessarium. Præterea corporis vniuersi humiditas febribus putridis, & alijs morbis à putredine natis obnoxia est, necnon grauitati capitis, quæ subinde comitialem morbum inuehit. Qui verò sicci sunt, ij dolent minus sæpe quidem, sed periculosius. Porrò nares humidæ vel siccæ cerebri dispositionem indicant. Semen autem genitale cùm decidat ex omnibus corporis partibus, fidele testimonium habet de temperatura totius corporis. Alioqui ex temperatura partis vnius, frustrà aut non nisi dubiè pronunciaremus de totius corporis temperamento, vt Phidias statuarius ex vngue leonem totum æstimantes: vt docetur in libro de temperamentis.

III.

Ἐν τῇσι μακρῇσι δυσεντερίῃσιν αἱ ἀποσιτίαι κακὸν, καὶ σὺν πυρετῷ κάκιον.

In longis difficultatibus intestinorum cibi fastidium, malum: & cum febre, peius.

In dysenterijs longis difficultatibus intestinorum, si ventriculus, ipsis compatiens, nec appetit, nec probè concoquit, id significat partem eorum humorum acrium à quibus exulcerantur intestina, ad os ventriculi efferri, qui mortificationem ipsi ventriculo ac nutrici facultati comminantur: Si

tur: Si verò vnà cum fastidio febris adueniat difficultati intestinorum, duorum alterum est, vel putredo aliqua est circa vlcera, vel magna inflammatio, atque ita ægri se habent exitialiter.

IV.

Τὰ περιμάδηρα ἕλκεα, κακοήθεα.

Vulnera vndiquaque glabra, maligna sunt.

Quum videris pilos à circumiacentibus vlceri locis defluentes, vel cutem squamulas è summa parte dimittere, scito ijs qui ita se habent, prauos humores ad partem confluere, qui vlcus erodunt, & pilorum radices depascuntur, nec permittunt vlceratum locum ad cicatricem peruenire.

V.

Τῶν ὀδυνέων κὴ ἐν πλευρῇσι, καὶ ἐν στήθεσι ἐν τοῖσιν ἄλλοισιν, ἢν μέγα διαφέρωσι, καταμαθητέον.

Dolores laterum & pectoris, aliarumque partium num multùm præualeant differántve, considerandum.

Hoc aphorismo admonemur ne temerè præcipitemus sententiam de aliquo affectu assignando curandóve, priusquam eius causa cognita sit, eius differentia, & natura partis affecta, ne cùm capiti sit medendum, reduuiam curare videamur. Non enim simpliciter partium dolores considerare oportet, neque arbitrandum eandem esse tempo-

rum rationem, aut ſimilem in omnibus homini-
bus diſpoſitionem: veluti ſi prius quidem Dion,
poſtea verò Theon coſtam doluerit, non eodem
modò ſe vtrunque habere exiſtimandum, ſed con-
ſiderare oportet, nunquid maximè inuicem in do-
lore differant, an quodammodo ſimiles exiſtant:
Fit autem hoc ex duobus perſpicuum, ex doloris
ſpecie, & ex vehementia: ex ſpecie quidem, ſi pun-
genti ſimilis, vel tendenti, vel torporem inducen-
ti, vel grauanti, vel lancinanti, aut rodenti, vul-
neranti, vel continuus, vel cum intermiſſione,
vel æquales, vel inæqualis. Secundùm autem ve-
hementiam, quis ſit maior aut minor, aduertendum.

V I.

Τὰ νεφριτικὰ καὶ ὁκόσα κατὰ τὴν κύστιν ἀλγήματα, ἐργωδῶς ὑγιάζεται τοῖσι πρεσβύτῃσι.

Renum & veſicæ vitia in ſenioribus difficulter ſanantur.

Vix ſanantur in quibuſvis, quoniam renum
opus & veſicæ indeſinens eſt, quietem autem re-
quirit ſanatio: & quia excrementum acre exa-
cerbare natum eſt, ſiue vlcus, ſiue inflammatio,
ſiue aliqua alia paſſio in ipſis conſtiterit. Verùm
in ſenibus, non tantùm renum & veſicæ vitia
difficulter ſanantur, ſed & omnes alij morbi, præ-
cipuè longi, qui maxima ex parte comitantur eos

ad mortem: Concoqui enim non possunt ob virtutis imbecillitatem & natiui caloris inopiam.

VII.

Τὰ ἀλγήματα τὰ κατὰ τὴν κοιλίην γινόμενα, τὰ μὲν μετέωρα, κουφότερα. τὰ δὲ μὴ μετέωρα, ἰσχυρότερα.

Dolores ventris sublimes, leniores: qui verò non sublimes, fortiores,

Sublimes hîc dolores appellat, qui supra peritonæum quasi in superficie fiunt; qui verò infra, hoc est in ipsis intestinis atque ventriculo, & in profundo, non sublimes. Porrò dubium non est, quin affectus interni multò periculosiores sint externis, nec tam facilè partibus principatum aliquem obtinentibus adhibentur remedia.

VIII.

Τοῖσιν ὑδρωπικοῖσι τὰ γινόμενα ἕλκεα ἐν τῷ σώματι, οὐ ῥηϊδίως ὑγιάζεται.

Aqua inter cutem laborantibus, vlcera quæ in corpore fiunt, non facile sanantur.

Docuit ipse in libro de vlceribus, non prius ad cicatricem vlcera perduci, quàm omnino exsiccentur: hoc autem non facilè fit in Hydropibus, ob humiditatis immoderantiam, necnon ob sanguinis boni penuriam.

IX.

Τὰ πλατέα ἐξανθήματα οὐ πάνυ τι κνησμώδεα.

Puſtulæ latæ non valdè pruriunt.

Latæ puſtulæ non admodum pruriunt ob duplicem cauſam: difflantur enim in latitudinem extenſæ, & facientem ipſas humorem minus acrem habent.

X.

Κεφαλὴν πονέοντι καὶ περιωδυνέοντι, πύον ἢ ὕδωρ ἢ αἷμα ῥυὲν κατὰ τὰς ῥῖνας, ἢ κατὰ τὸ στόμα, ἢ κατὰ τὰ ὦτα, λύει τὸ νόσημα.

Caput dolenti, & vehementer laboranti, pus vel aqua, vel ſanguis effluens per nares, aut os, aut aures, morbum ſoluit.

Quando contigerit dolorem capitis fieri, vel propter inflammationem, vel humorum crudorum multitudinem in capite aceruatorum, tunc inflammatione ſuppurata, & humore excreto, ſolutio fit morbi. Si verò propter ſpiritum flatuoſum, aut bilem mordacem, aut omnino ex intemperatura dolor acciderit, per alia curabitur: Quippe flatus extenuantibus & diſcutientibus, bilis, medicamento eam purgante, & intemperatura remedijs eam alterantibus, ſanabitur.

XI.

Τοῖσι μελαγχολικοῖσι καὶ τοῖσι νεφριτικοῖσι αἱμοῤῥοΐδες ἐπιγινόμεναι, ἀγαθόν.

Me-

Melancholia & nephritide laborantibus hæmorrhoides ſuperuenientes, bonum.

Quod mulieribus eſt purgatio menſtrua, hoc melancholia morbo laborantibus eſt purgatio per hæmorrhoidas, in quas ſeſe exonerat lien, ſi quando humore melancholico grauetur. Renes etiam cùm ab humore craſſo & terreo nephritide vexantur, ex fluxu hæmorrhoidum ſentiunt non mediocre leuamen.

XII.

Αἱμοῤῥοΐδας ἰηθέντι χρονίας, ἢν μὴ μία φυλαχθῇ, κίνδυνος ὕδρωπα ἐπιγενέσθαι, ἢ φθίσιν.

A diuturnis ſanato hæmorrhoidibus ſi vnâ non ſeruatur, periculum eſt aquam inter cutem, vel tabem aduenire.

Hæmorrhoides fiunt ob multitudinem & craſſitudinem ſanguinis ora venarum, quæ terminantur ad anum, aperientis, hepate ad ipſas reponente fæcem, & aliquando ſanguinem melancholicum. Si quis igitur ei hoc intercludat iter, nec vnam ex hæmorrhoidibus relinquat apertam, periculum eſt ab hydrope vel tabe. Regurgitat enim ſanguis ille craſſus & fæculentus, qui per hæmorrhoidas ſolebat fluere, in totum corpus. Si in hepar, & vi præpolleat, calorem natiuum extinguet, ac ita peribit ſanguificatio, vnde hydrops: Si in pulmones ruat, excitabit vlcus, vnde phthiſis accidit. Quare non fruſtrà conſulit

vnam ſaltem ſeruare hæmorrhoidem, vt per hanc euacuetur fæculenta ac vitioſa materia hepatis, præſertim in quibus ſolita eſt tempore longo per tales venas excerni.

XIII.

Ὑπὸ λυγμοῦ ἐχομένῳ πταρμοὶ ἐπιγενόμενοι λύουσι τὸν λυγμόν.

Singultienti ſternutamenta ſi ſuperuenerint, tollunt ſingultum.

Autor ipſe eſt ſingultum, vt conuulſionem, fieri vel ex inanitione, vel plenitudine. Quando igitur à plenitudine fit (magna autem ex parte ita fit) violento opus eſt motu, vt veluti concluſæ ipſum efficientes humiditates difflentur atq; euacuentur: hoc autem facit ſternutatio. Sternutando enim non ſolum cerebrum, ſed & ventriculus, ob neruos ad eum deriuatos, vehementer concutitur.

XIV.

Ὑπὸ ὕδρωπος ἐχομένῳ τοῦ κατὰ τὰς φλέβας ἐς τὴν κοιλίην ὕδατος ῥυέντος, λύσις.

Aqua inter cutem correpto ſi aqua, quæ in venis eſt, ad ventrem defluxerit, mali fit ſolutio.

Hoc exemplum eſt vnum earum quæ ſponte & vtiliter fiunt euacuationum, ſi aqua hydropicorum à iecore ad inteſtina deriuata per aluum excernatur: ſpontaneum autem dicimus, non

quod

quod sine causa fit: sed sine causa nostra fit: Quando enim data medicina aquam educente talis fit euacuatio, nequaquam hanc spontaneam nominamus. Quare cùm sic vtiliter euacuetur aqua hydropicorum à natura, hanc in operibus suis tutò imitabitur medicus.

XV.

Ὑπὸ διαῤῥοίης ἐχομένῳ μακρῆς, ἀπὸ ταὐτομάτου ἔμετος ἐπιγινόμενος λύει τὴν διάῤῥοιαν.

Longo alui profluuio laboranti spontaneus vomitus superueniens morbum soluit.

In diuturno alui profluuio vomitum vtiliter mouet natura, qui in contrarium retrahendo malum sanat: hoc vnum est eorum quæ rectè à natura facta medicum imitari oportet.

XVI.

Ὑπὸ πλευρίτιδος ἢ ὑπὸ περιπνευμονίης ἐχομένῳ, διάῤῥοια ἐπιγινομένη, κακόν.

Pleuritide & Peripneumonia correpto alui profluuium aduenìens, malum.

Vehementer laboranti pleuritide, vel peripneumonia, profluuium alui superueniens malum est: significat enim hepar, ob cõsensum quem habet cum partibus respirationi inseruientibus, ita malè affici, vt præ imbecillitate non possit ad se attrahere alimentum, neque conuertere in sanguinem. Verùm in mediocri pleuritide, atque

mitiori peripneumonia profluuium alui poteſt prodeſſe ratione euacuationis, præſertim vbi in morbis ſigna coctionis apparuerint.

XVII.

Ὀφθαλμιῶντα ὑπὸ διαῤῥοίης ληφθῆναι, ἀγαθόν.

Lippientem alui profluuio corripi, bonum.

Quæ rectè à natura fiunt, ea medicus imitetur in lippitudine, aluum ſubducens, vt humor à quo fit talis affectus, ad inferiora deriuetur.

XVIII.

Κύστιν διακοπέντι, ἢ ἐγκέφαλον, ἢ καρδίην, ἢ φρένας, ἢ τῶν ἐντέρων τι τῶν λεπτῶν, ἢ κοιλίην, ἢ ἧπαρ, θανατῶδες.

Profundum veſicæ vulnus, cerebri, cordis, præcordiorum, inteſtinorum tenuium, ventriculi, iecoris, lethale.

Veſica profundius vulnerata, lethale eſt ſignum: nam vulnus quod ad eius interiora progreditur, coaleſcere non poteſt: eſt enim veſica neruoſa, tenuis, & exanguis: collum autem eius, quia carnoſum eſt, videmus quotidie ſanari quando lapis extrahitur. Porrò quòd vulneratum cerebrum, & cor, mortem affert ineuitabilem, vnum ex ijs eſt quæ in confeſſo habentur. Siquidem in corde ac ſepto tranſuerſo, ob iugem motum, vulnus coaleſcere non poteſt. Tenuium

autem

autem intestinorum natura, & ventriculi, non parum habet carnosæ substantiæ, & ideo ipsa in summa parte vulnerata sæpius agglutinantur, discissa verò vsque ad eorum cauitatem, rarissimè. Hepatis vulnera multo sanguine madent, itaque prius ita vulnerati moriuntur, quàm vulnera agglutinari possint.

XIX.

Ἐπὴν διακοπῇ ὀστέον, ἢ χόνδρος, ἢ νεῦρον, ἢ γνάθου τὸ λεπτὸν, ἢ ἀκροποσθίη, οὔτε αὔξεται, οὔτε ξυμφύεται.

Quum discissum fuerit os, aut cartilago, vel neruus, vel genæ particula tenuis, vel præputium, neque augetur, neque coalescit.

Os, vel alia quauis pars spermatica, nisi in admodum paruis non glutinatur primo & per se, sed interuentu alterius, nam à medulla efficitur callus, quo confirmantur partes ossis effracti: Sic nec cutis vnquam regeneratur, licet aliquid regenerari possit loco cutis: caussa, quia omnes partes spermaticæ sunt exangues & frigidæ, & parum habentes alimenti.

XX.

Ἢν ἐς τὴν κοιλίην αἷμα χυθῇ παρὰ φύσιν, ἀνάγκη ἐκπυηθῆναι.

Si in ventrem sanguis præter naturam effunditur, necesse est suppurari.

Si vase rupto vel aperto præter naturam, sanguis effunditur in aliquam capacitatem, necesse est vt corrumpatur.

XXI.

Τοῖσι μαινομένοισι κιρσῶν ἢ αἱμοῤῥοΐδων ἐπιγινομένων, τῆς μανίης λύσις.

Insanientibus si varices vel hæmorrhoides superuenerint, insaniæ solutio.

Hîc insaniam, quæ propriè melancholia dicitur, vocat, non illum qui fit ex bile furorem. Est autem varix cùm venæ latiores fiunt in femore & cruribus: quod ex crasso & melancholico humore contingit, adeo quòd pellente natura ad partes ignobiliores eos qui insaniam efficiunt humores, & præsertim cùm melancholici fuerint ac crassi, varicum aut hæmorrhoidum generatio sequitur, & insaniæ solutio.

XXII.

Ὁκόσα ῥήγματα ἐκ τοῦ νώτου ἐς τοὺς ἀγκῶνας καταβαίνει, φλεβοτομίη λύει.

Quæcunque ruptiones ex dorso ad cubitum descendunt, venæ sectio soluit.

Quoniam ruptiones ipsas descendere vnum eorum est quæ fieri queunt, intelligendi sunt dolores in ruptione excitati ex defluxu humorum in eam partem decumbentium: qui, si euacuentur

per

per venæ sectionem in cubito existentis, quando huc apparent fluentes fiet mali solutio. Est enim præceptum eius, secundùm quod humores repunt, facere euacuationes per loca conferentia,

XXIII.

Ην φόβος καὶ δυσθυμίη πολλὼ χρόνον διατελέῃ, μελαγχολικὸν τὸ τοιοῦτον.

Si timor atque mœstitia longo tempore perseuerant, melancholiam significant.

Metus & mœstitia si longum tempus perseuerent absque causa manifesta externa, sunt atræ bilis casus manifesti: Sed si propter aliquam causam incipientes deinde inueterascant, insaniam melancholicam portendent. Nam plures visi sunt furore correpti, qui ab excandescentia, vel ira, vel mœstitia principium habuere, ipso scilicet corpore ad id inclinato vt in talem passionem incideret.

XXIV.

Εντέρων ἢν διακοπῇ τῶν λεπτῶν τι, οὐ ξυμφύεται.

Si quod intestinorum gracilium discindatur, non coalescit.

Eadem sententia paulò antè exposita est.

XXV.

Ερυσίπελας ἔξωθεν μὲν ἔσω τρέπεσθαι, οὐκ ἀγαθόν. ἔσωθεν δὲ ἔξω, ἀγαθόν.

Eryſipelas ab exterioribus verti ad interiora, non eſt bonum: ab interioribus autem ad exteriora, bonum.

Non ſolùm eryſipelas, ſed aliud quodcunque malum quod ex profundis & principibus partibus transfertur ad cutem, bonum eſſe ſignum & cauſam exiſtimare debemus. Si verò contrà ad interiora & profunda tranſmutetur, malum: nam quicquid eſt illorum humorum à quibus eryſipelas naſcitur, ad partes principes protruditur, unde præſens vitæ periculum imminet.

XXVI.

Ὁκόσοισιν ἐν τοῖσι καύσοισι τρόμοι γίνονται, παρακοπὴ λύει.

Quibus in ardentibus febribus tremores fiunt, iis delirium ſuccedit.

Quæ febrem ardentem efficiunt cauſæ in venoſo genere exiſtentes, quando ad neruos transferuntur, primum tremores faciunt, compatiente verò principio, etiam deliria: quæ non tantùm non liberant hominem, ſed ei etiam plus periculi creant.

XXVII.

Ὁκόσοι ἔμπυοι ἢ ὑδρωπικοὶ καίονται ἢ τέμνονται, ἐκρυέντος τοῦ πύου καὶ τοῦ ὕδατος ἀθρόου, πάντως ἀπόλλυνται.

Quicunque ſuppurati aut aquam inter cutem patientes vruntur aut ſecantur, ſi pus aut

aut aqua vniuersim effluxerit, omnes moriuntur.

Omnes euacuationes quæ semel vniuersum educunt, periculosas esse docet, exemplo suppuratorum & hydropicorum: Nam puris in suppuratis, & in hydropicis aquæ vniuersa euacuatio lethalis est: quippe vnà cum humore spiritus vitalis vacuatur, atque è vestigio deficit anima, & vires debilitantur, & debilitas ista remedium præsens cùm non habeat, moriuntur. Neque hoc fit propter pus, quod omnino malum est & noxium, sed quia simul cum pure spiritus multi ex vasis arteriosis exeunt, vnde periculum. Hydropici verò periclitantur etiam ab aëre frigido, qui plurimus subit locum aquæ confertim euacuatæ, & reliquum calorem natiuum extinguit. Idem est periculum mulieribus quæ nuper pepererunt.

XXVIII.

Εὐνοῦχοι οὐ ποδαγριῶσιν, οὐδὲ φαλακροὶ γίνονται.

Eunuchi neque podagra laborant, neque calui efficiuntur.

Eunuchi, præsertim Hippocratis tempore, podagra non laborabant, quòd cùm reginis inseruirent, ocio prorsus non vterentur, nec coitu neruosas partes debilitante, & quòd moderata victus ratione contenti viuerent. Item calui non fiebant, mulieribus enim similes multam humidi-

tatem redundantem obtinent ad capillos assiduè fluentem, vnde ipsi capilli augentur & nutriuntur.

XXIX.

Γυνὴ οὐ ποδαγρᾷ, ἢν μὴ τὰ καταμήνια αὐτῇ ἐκλίπῃ.

Mulier podagra non laborat, nisi menstrua defecerint.

Ob retentos menses, mulieres podagra laborabant, & nulla alia de causa, quia moderata victus ratione vtentes sobriè viuebant, & mediocriter exercebantur.

XXX.

Παῖς οὐ ποδαγρᾷ, πρὸ τοῦ ἀφροδισιασμοῦ.

Puer podagra non laborat ante vsum venereorum.

Quòd magnam vim habeat ad generationem podagræ venereorum vsus, licet eunuchorum exemplo & puerorum.

XXXI.

Ὀδύνας ὀφθαλμῶν ἀκρητοποσίη, ἢ λουτρὸν, ἢ πυρίη, ἢ φλεβοτομίη, ἢ φαρμακείη λύει.

Dolores oculorum meri potio, aut balneum, aut fomentum, aut venæ sectio, aut medicamentum, purgatorium soluit.

Non sunt hæc vsurpanda remedia sine determinatione, cùm oculorum dolores aliqui meri potu soluantur, alij balneo, nonnulli venæ sectione aut

aut medicamento. Nam quibus ſanguinis craſſioris copia in oculorum venulis continetur ſine plethorica diſpoſitione in toto corpore, ij vini potu iuuantur, vt pote quod excalfacere, diffundere ſanguinem, & ſui motus vehementia obſtructiones aperire ac digerere poſſit. Balneum autem confert iјs in quib. cùm nulla cruditatis ſigna appareant, nec ſit plenum corpus, in oculos tamen influunt acres humores, qui balneo dulcis aquæ fuſi aut excernuntur, aut certè diluti mitigantur. Porrò fomentis calidis locus eſt, vbi fluxus conſtiterit, vt diſcuſſio fiat eius quod in oculorum tunicis ſuperfluè derelictum eſt: vel ſi aliquid adhuc influit, fomentum adhiberi poteſt, non vt cauſa ſalubris, ſed vt qualis ſit ægri diſpoſitio certius inde cognoſcatur. Hîc (vt vbiuis alibi) cautè ſe gerat medicus, ne dum fomento dolori medetur, alteram fluxionem irritet. Nam qua ratione fotus poteſt id quod in oculis continetur diſcutere, eadem poteſt ex vicinis attrahere nouam fluxionem. Prodeſt ergo, vel tanquam cauſa ſanitatis oculorum, vel tanquam ſignum ad dignotionem, vnde nos diſpoſitionem ægri comprehendentes ad totius corporis euacuationem perueniamus: ipſo quidē ſanguine redundante, per venæ ſectionem: ſed malitia humorum infeſtante, per purgationem eius qui moleſtus erit: neque enim eſt difficile admodum diſtinguere cacochymiam à plethora.

XXXII.

Τραυλοὶ ὑπὸ διαῤῥοίης μάλιστα ἁλίσκονται μακρῆς.

Balbi ab alui profluuio maximè capiuntur.

Contingit ijs qui natura balbi ſunt alterum horum, aut cerebrum habere humidum, aut linguam, vel vtrunque. Et cerebro quidem talem ſortito temperaturam, defluere ab eo multas humidas ſuperfluitates par eſt, atque inde fluentes in ventrem ſuſcipi: vnde & longis profluuijs homo capitur. Lingua verò admodum humida natura exiſtente, & ventriculum talem eſſe par eſt, vt qui alteram tunicam communem habeat cum lingua. Imbecillis autem ex humiditate ventriculi propria paſſio eſt diuturnum profluuium.

XXXIII.

Οἱ ὀξυρεγμιώδεες οὐ πάνυ πλευριτικοὶ γίνονται.

Qui acidum eructant, non valde morbo laterali corripiuntur.

Lateralis morbus, licet ab alijs humoribus ortum habeat, ferè tamen eſt à bile flaua ſemper aut ſola, aut cum alijs miſta: ructus autem acidus à pituita & frigiditate, corruptis ſcilicet in ventriculo cibis à frigore & pituitoſis humoribus. Ob hanc igitur cauſam qui acidum ructum habent,

aut

aut quibus superabundat natura pituita, raro à morbo laterali corripiuntur.

XXXIV.

Ὁκόσοι φαλακροὶ, τουτέοισι κιρσοὶ μεγάλοι οὐ γίνονται. ὁκόσοισι δ' αὖ φαλακροῖσιν ἐοῦσι κιρσοὶ ἐπιγίνωνται, πάλιν οὗτοι γίνονται δασέες.

Qui capillorum defluuio laborant, iis varices magnæ non fiunt: quibus verò capillorum defluuio laborantibus varices superuenerint, iis capilli denuò nascuntur.

Calui, & ante tempus depilati ob malum aliquod, veluti propter alopeciam aut ophiasim, ijs varices non fiunt, quòd tum vitiosi humores ad caput & non ad crura ferantur. Quibus verò caluis & capillorum defluuio laborantibus varices superueniunt, ij rursus capillati fiunt: nam vitiosi humores, qui antea radices capillorum corruperant, ad crura transferuntur.

XXXV.

Τοῖσιν ὑδρωπικοῖσι βὴξ ἐπιγινομένη, κακόν.

Aqua inter cutem laborantibus tussis superueniens, malum.

Superuenire passionibus alias passiones prisci medici dicere consueuerunt, quæ ratione ipsius passionis adaucta contingunt. Neq; enim cùm ex alia fit occasione in homine aquam inter cutem patiente, tussis signũ est exitiale, sed quando ipsius morbi ratione. Cùm enim in passione tali aquosa

humiditas tantum adaucta fuerit, vt iam aſperam arteriam occupet, tuſſis ſuperueniens periculum ſuffocationis adfert.

XXXVI.

Δυσουρίην φλεβοτομίη λύει. τέμνειν δὲ τὰς εἴσω.

Difficultatem vrinæ vena ſecta iuuat, ſecare verò interiores.

Difficultatem vrinæ, eam videlicet quæ propter inflammationem ſit aut multitudinem, eius venæ ſectio ſoluit, quæ in poplite & malleolo eſt: hæc ſiquidem vena, partium quæ infra iecur ſunt, vteri potiſſimum & veſicæ, malis confert. Huc pertinet Aphoriſmus 49. lib. 7.

XXXVII.

Ὑπὸ κυνάγχης ἐχομένῳ οἴδημα γενέσθαι ἐν τῷ τραχήλῳ, ἀγαθόν· ἔξω γὰρ τρέπεται τὸ νόσημα.

Angina correpto ſi tumor fiat in collo, bonum: foras enim morbus deducitur.

Sermo verus eſt, & cauſa in promptu, ſiquidem humores noxios ab internis ad externa transferri conducit.

XXXVIII.

Ὁκόσοισι κρυπτοὶ καρκῖνοι γίνονται, μὴ θεραπεύειν βέλτιον. θεραπευόμενοι γὰρ ἀπόλλυνται ταχέως, μὴ θεραπευόμενοι δὲ πλείω χρόνον διατελοῦσι.

Can-

Cancros occultos habentes, melius eſt non curare: curati enim citò pereunt, non curati longius tempus perdurant.

Cancros minime apparentes, ſed in profundo corporis exiſtentes melius eſt non curare, ſiue medicamentis, ſiue ſectione, ſiue vſtione, quòd ita magis irritentur, ac ægri citius intereant: placandi igitur ac mitigandi potius medicamentis dolorem ſedantibus, ſaniemq́; eluentibus.

XXXIX.

Σπασμὸς γίνεται ἢ ὑπὸ πληρώσιος, ἢ κενώσιος. οὕτω δὲ καὶ λυγμός.

Conuulſio fit, vel ex repletione, vel inanitione. Ita verò ſingultus.

Quemadmodum conuulſio duas habet cauſas, plenitudinem & inanitionem, nimirum neruis craſſa materia oppletis, aut ſupra modum exſiccatis, & ad ſuum principium contractis, ita & ſingultus. Singultus enim quaſi quædam conuulſio eſt ventriculi cibos cum ſaltu motuq́; concuſſiuo retinentis. Nam ventriculus eo motu tentat ea quæ ſunt in ipſius ore penitius impacta expellere, ſubindeq́; validè excitatur, vt eo ſuccuſſu quod nocuum eſt vacuetur. Poteſt tamen fieri ſingultus & ab alijs cauſis, vt à corruptis in ventriculo cibis, à mordacibus humoribus, à frigiditate, &c.

XL.

Ὁκόσοισι περὶ τὸ ὑποχόνδριον πόνοι γίνονται ἄτερ φλεγμονῆς, τουτέοισι πυρετὸς ἐπιγινόμενος λύει τὸν πόνον.

Quibus dolor circa hypochondrium fi citra inflammationem, iis febris succeden morbum soluit & dolorem.

Cùm dolor aliquis hypochondrium occupauerit, nec sit is ab inflammatione, nec à morsu excitatus, relinquitur vt sit, vel propter obstructionem, vel propter spiritum flatulentum, vel aliquam intemperiem inæqualem. Quo fit vt febre succedente crassos humores obstructionem efficientes extenuante, flatusque discutiente, atque intemperiem frigidam corrigente, dolor huiusmodi soluatur.

XLI.

Ὁκόσοισι διάπυον τι ἐὸν ἐν τῷ σώματι μὴ διασημαίνει, τουτέοισι διὰ παχύτητα τοῦ πύου, ἢ τοῦ τόπου οὐκ ἀποσημαίνει.

Quibus suppuratio aliqua in corpore abdita non innotescit, iis propter crassitudinem vel puris vel loci, delitescit.

Si pus crassum fuerit in profundo latens, nunquam ad circumferentiam mouetur, nec tumorem excitat, qui nos puris illic existentis commonefacere queat. Sic quoque cutis ipsa, sub qua pus coacervatur, si crassior & densior fuerit, qualis est

in cal-

in calcaneo, in tumorem attolli non potest, ideoq; nos latet, quamuis aliis signis ipsum deprehendere liceat, nimirum dolore & febre.

XLII.

Ἐν τοῖσι ἰκτεριώδεσι τὸ ἧπαρ σκληρὸν γενέσθαι, πονηρόν.

Hepar durum effici regio morbo correptis malum est.

Cùm morbus regius fiat ab hepatis obstructione, & fiat aliquando per modum criseos, ipsa natura humorem exuperantem in venis contentum ad cutem expellente: morbum regium hoc loco dicit qui fit ex hepatis inflammatione, durities enim ostendit in eo scirrhum esse, vel inflammationem, quorum vtrunque malum est.

XLIII.

Ὁκόσοι σπληνώδεες ὑπὸ δυσεντερίης ἁλίσκονται, τουτέοισιν ἐπιγινομένης μακρῆς τῆς δυσεντερίης, ὕδρωψ ἐπιγίνεται, ἢ λειεντερίη, καὶ ἀπόλλυνται.

Quicunque lienosi à difficultate intestinorum capiuntur, iis superuenientem longam difficultatem intestinorum, aqua inter cutem, aut leuitas intestinorum excipit, & moriuntur.

Lienosi, hoc est, in liene tumorem habentes ex melancholico humore natum, difficultate intestinorum superueniente, liberantur à morbo, quan-

do ratione euacuationis humorum melancholicorum lieni insertorum, talis difficultas euenerit. Sed quoniam sæpius huiusmodi euacuationes vltra modum extenduntur, & noxiæ sunt laborantibus, conuenienter Hippocrates quem finem habeat hæc intestinorum difficultas ostendit: læsis siquidem intestinis transitu vitiosorum humorum, vires eorum laborant, & temperies natiui caloris aboletur. Ob hanc igitur causam & leuitas intestinorum ex ipsorum læsione superuenit, & aqua inter cutem: nam iecur larga & multa euacuatione debilitatur & refrigeratur, coafficitur item ventriculus, vnde mors, prostrata eius virtute.

XLIV.

Ὁκόσοισιν ἐκ στραγγουρίης εἰλεὸς ἐπιγίνεται, ἐν ἑπτὰ ἡμέρῃσιν ἀπόλλυνται, ἢν μὴ πυρετοῦ ἐπιγινομένου ἅλις τὸ οὖρον ῥυῇ.

Quibus ileos superuenit à stranguria, intra septimum diem moriuntur, nisi febre succedente vrina satis effluat.

In ileo nihil deijcitur, ne si quidem quis acerrimo vtatur clystere: stercus autem in morituris vomitu reijcitur. Quòd igitur astricto podice, & interclusa via vrinæ, hæc passio fiat, & quòd in te-

nuibus

uibus intestinis accidat, nõ autem crassis, omnes atentur: sed vnde hoc vitij contrahitur semel dici on potest, aliis in hunc morbum incidentibus ex ontinua ciborum corruptione ac cruditate, quam bstructio in tenui intestino ferè consequitur: aliis x frigore, vel ex frigida potu immoderato: nonullis ex inflammatione, vel scirrho, vel abscessu: uibusdam ab indurato stercore & circa tenue ntestinum impacto: quandoque ex plagis & ictius: nonnunquam ex lethalium medicamentoum potione, atque aliàs aliis ex causis. Sed quanum ad huius aphorismi expositionem attinet, ultitudinem crudorum humorum vnà cum ulta frigiditate melius est eorum quæ in ileo ontingunt symptomatum causam arbitrari: Sic nim febris succedens, medicina est huius dispoſiionis, & retentarum vrinarum euacuatio. Nouinus siquidem illis morbis conferre febrem qui ex igiditate fiunt, aliquando sola, aliquando cum umoribus crudis pituitosis, & flatuosis spiritius.

XLV.

Ελκεα ὁκόσα ἐνιαύσια γίνεται, ἢ μακρότερον ρόνον ἴσχουσιν, ἀνάγκη ὀστέον ἀφίστασθαι, καὶ τὰς λὰς κοίλας γίνεσθαι.

Quæcunque vlcera annua sunt, aut lon-

giore tempore durant, in iis os abſcedere, & cicatrices cauas fieri eſt neceſſe.

In vlceribus malignis, cuiuſmodi ſunt phagedenæ, quæ longum tempus durant, medicis etiam in curatione nihil delinquentibus, neceſſe eſt vt non tantùm caro ipſa, verùm etiam os quod carni ſubiectum eſt, corrumpatur & abſcedat, necnon vt cicatrices cauæ fiant propter os deperditum: nam ipſum corruptum regigni non poteſt.

XLVI.

Ὁκόσοι ὑϐοὶ ἐξ ἄσθματος ἢ βηχὸς γίνονται πρὸ τῆς ἥϐης, ἀπόλλυνται.

Qui gibbi ex aſthmate fiunt aut tuſſi ante pubertatem, moriuntur.

Qui ante pubertatem ex aſthmate aut tuſſi gibbi facti ſunt, eos citò interituros eſſe dicit: quia thorax in his cùm diminuatur, aut ſaltem non augeatur, pulmones autem & cor per ætatem increſcant, tanta anguſtia premuntur ea quæ reſpirationi obſeruiunt inſtrumenta, vt neceſſe ſit ex difficultate ſpiritus hominem breui tempore interire. Gibboſitas eſt dorſi in poſteriorem exterioremve partem diſtortio. Lordoſis, gibbus ad anteriora, malum eſt priori contrarium: fit enim vbi

in an-

anteriorem partem distortio contingit, ita vt dorso cauitas fiat, in pectore autem tumor. Sco- sis est vbi in latus, vel dextrum, vel sinistrum, stortio fit. Omnibus quidem commune sponte affectis, hoc est, quibus sine ictu vel casu spina ssa est, tales fieri propter dura tubercula, & con- qui difficilia.

XLVII.

Οκόσοισι φλεβοτομίη, ἢ φαρμακείη ξυμφέ- , τουτέους προσήκει τοῦ ἦρος φλεβοτομεῖν, ἢ φαρ- κεύειν.

Quibuscunque venæ sectio, vel medica- o conuenit, hos Vere purgare, vel venam cidere oportet.

De ijs qui adhuc sani sunt, sed ægri (nisi eua- entur) sunt futuri, nunc ipsi sermo habetur. r enim cùm sit temperatissimum, hos oportet anticipemus adueniente Vere euacuare, vel r venæ sectionem, si plenitudinis passionibus bijciuntur, vel per purgationem, si eis quæ ex rruptione proueniunt. Nam venæ sectio com- une auxilium est eorum, qui ex plenitudine nt, morborum: Purgatio verò eorum qui ab imoribus praua aliqua qualitate affectis or- m habent. Nonnullis siquidem confert humo- pituitosos euacuare, nonnullis verò amaram

bilem, nonnullis atram, nonnullis serosam superfluitatem, secundum naturam earum quæ consueuerunt superuenire passionum. Quod vt exemplo planum fiat, Aliquis singulis annis incidit in melancholiam, nisi purgetur, is, si ex contemptu aliquando purgationem omiserit, & morbum non anticipauerit, symptoma morbi præsentit. Quare non Vere modò, sed etiam Autumno purgatio ei auertenda est.

XLVIII.

Τοῖσι σπληνώδεσι δυσεντερίη ἐπιγινομένη, ἀγαθόν.

Lienosis difficultas intestinorum superueniens, bonum.

Lienosis intestinorum difficultas est auxilio, cùm per eam vacuantur crassi & melancholici lienem obsidentes humores. Id in superiore aphorismo dictum est abundè.

XLIX.

Ὁκόσα ποδαγρικὰ νοσήματα γίνεται, ταῦτα ἀποφλεγμήναντα ἐν τεσσαράκοντα ἡμέρῃσιν, ἀποκαθίσταται.

Podagrici morbi intra quadraginta dies, sedata inflammatione, finiunt.

Si medicus omnia rectè administrauerit, & ager in nullo deliquerit, intra quadragesimum diem soluitur inflammatio podagrica. Nam in quadragesimo die iudicantur morbi quicunque

neque

neque iam ſunt diuturni exquiſitè, neque acutorum numero planè exciderunt.

L.

Ὁκόσοισιν ἂν ὁ ἐγκέφαλος διακοπῇ, τουτέοισιν ἀνάγκη πυρετὸν καὶ χολῆς ἔμετον ἐπιγίνεσθαι.

Quibuſcunque præciditur cerebrum, iis neceſſe eſt febrem & bilis vomitum ſuperuenire.

Vulnerato cerebro ſuccedit febris, ea ratione communi, qua quolibet membro principali patiente inflammationem, ſubſequitur febris. Vomitus autem bilis fit compatiente ventriculo, propter eius cum cerebro communicationem, ore præſertim ipſius, ad quod determinatur ex cerebro quædam effatu digna neruorum coniugatio.

LI.

Ὁκόσοισιν ὑγιαίνουσιν ὀδύναι γίνονται ἐξαίφνης ἐν τῇ κεφαλῇ καὶ παραχρῆμα ἄφωνοι γίνονται καὶ ῥέγχουσιν, ἀπόλλυνται ἐν ἑπτὰ ἡμέρῃσιν, ἢν μὴ πυρετὸς ἐπιλάβῃ.

Quicunque ſani dolore capitis repentè capiuntur, & ſtatim muti fiunt & ſtertunt, in ſeptem diebus pereunt, niſi febris apprehenderit.

Quibus, adhuc ſanis, dolor in capite repentè accidit cum vocis & actionum voluntariarum

læſione, iÿ verſantur in magno vitæ periculo, atq; eò maiore, ſi ſtertant, & eis ſenſus vnà cum motu perierit: hoc enim eſt indicium apoplexiæ manifeſtum: cuius cauſam referre oportet, non ſolùm ad ſpiritum flatuoſum, ſed etiam ad materiæ vniuerſim fluentis multitudinem, quam ad cerebrum fuiſſe delatam indicant caſus dolori ſuperuenientes, qui multam pituitam aceruatam eſſe in ventriculis cerebri commonſtrant. Ob id febris ſuccedens, vt quæ calfacit, extenuat atque reſoluit ſpiritum flatuoſum, & pituitoſos humores, hoc periculo ſi quæ res alia liberare poteſt.

LII.

Σκοπεῖν δὲ χρὴ καὶ τὰς ὑποφάσιας τῶν ὀφθαλμῶν ἐν τοῖσιν ὕπνοισιν. ἢν γάρ τι ὑποφαίνηται ξυμβαλλομένων τῶν βλεφάρων τοῦ λευκοῦ, μὴ ἐκ διαῤῥοίης ἐόντι ἢ ἐκ φαρμακοποσίης, φλαῦρον τὸ σημεῖον καὶ θανατῶδες σφόδρα.

Conſiderare oportet oculorum in dormientibus ſuſpectiones: nam ſi quid album commiſſis palpebris ſubinſpicitur, neque ex alui profluuio aut medicamenti potione iſtud contingat, malum eſt ſignum & lethale valde.

Cùm oculi per ſomnum integrè claudi non poſſunt, ſed albedinis aliquid in aperto relinquunt, id (modò ne præceſſerit immodica quædam euacuatio) ſignificat palpebrarum ſiccitatem,

tem, aut potentiæ ipsas mouentis imbecillitatem extremam in cerebro.

LIII.

Αἱ παραφροσύναι, αἱ μὲν μετὰ γέλωτος γινόμεναι ἀσφαλέστεραι, αἱ δὲ κατὰ σπουδῆς, ἐπισφαλέστεραι.

Desipientiæ quæ cum risu fiunt, securiores: Quæ verò seriò, periculosiores.

Fiunt omnes desipientiæ patiente cerebro, siue per seipsum, siue per compatiendi rationem; differunt autem inuicem par causas ipsas efficientes: Nam quæ fiunt à sanguine parùm adusto, aut à sola caliditate sine humore vitioso, similes sunt eis quodammodo quæ ex ebrietate contingunt cum risu. Quæ vero ex flaua bile seriò perficiuntur, ipsaq́ multùm exusta, vt iam magis ad atræ bilis naturam accedat, sunt insaniæ valdè furiosæ & periculosæ, quoniam à prauo humore procreatæ sunt. Duplex enim cùm sit atra bilis, vna quæ est veluti fæx sanguinis, quam, cùm volumus exquisitè loqui, nondum atram bilem nominamus, sed humorem melancholicum: nominibus verò abutentes atram bilem aliquando etiam vocamus, quoniam si non prius vacuetur, paulò pòst atra futura est. Cæterùm altera est ex flaua bile superassata genita, quæ omnium est pessima, & vnde sæuissima nascuntur symptomata. Desipientiæ quæ ab hoc humore gignuntur sunt periculosiores.

L I V.

Ἐν τοῖσιν ὀξέσι πάθεσι τοῖσι μετὰ πυρετοῦ αἱ κλαυθμώδεες ἀναπνοαὶ, κακαί.

In acutis morbis qui cum febre affligunt, luctuosæ ſpirationes malum ſignificant.

Spirationes luctuoſæ quæ in medio ſui interrumpuntur, & luctui ſimiles exiſtunt in paſſionibus acutis, muſculorum & neruorum præ ſe ferunt duritiem, vel virium imbecillitatem, vel dolorificum aut conuulſorium aliquem affectum.

L V.

Τὰ ποδαγρικὰ τοῦ ἦρος καὶ τοῦ φθινοπώρου κινέεται ὡς ἐπὶ τὸ πολύ.

Podagrici morbi Vere & Autumno magna ex parte mouentur.

Vere quidem mouentur non ratione Veris, quod ſaluberrimum exiſtit, ſed cùm per Hyemem antecedentem multi collecti ſint humores, ij Veris calore funduntur, ac in partes imbecillas protruduntur, vnde morbi fiunt articulares. Mouentur & in Autumno, ob Autumni videlicet inæqualitatem, quæ horum aliorumq́; multorum morborum cauſa eſſe ſolet, præſertim cùm Æſtate præcedente, & ipſo Autumno, vitioſi humores ex eſu crudorum fructuum coaceruati, hos morbos excitare poſſint, ad imbecilliores partes delapſi.

LVI.

Τοῖσι μελαγχολικοῖσι νουσήμασιν ἐς τὰ δὲ ἐπικίνδυνοι αἱ ἀποσκήψιες, ἢ ἀποπληξίην τοῦ σώματος, ἢ σπασμὸν, ἢ μανίην, ἢ τύφλωσιν σημαίνει.

In morbis melancholicis ad partes corporis decubitus humorum ſunt periculoſi: aut enim apoplexiam, aut conuulſionem, aut furorem, aut cæcitatem ſignificant.

Si materia illa, quæ committit morbum melancholicum, transferatur in neruos, conuulſio: ſi in ventres cerebri, apoplexia vel furor: præſertim cùm ſupra modum exuſta fuerit: ſi in oculos, cæcitas: atque ſic pro vario decubitu materiæ diuerſi morbi excitantur.

LVII.

Ἀπόπληκτοι δὲ μάλιστα γίνονται ἡλικίῃ τῇ ἀπὸ τεσσαράκοντα ἐτέων ἄχρις ἑξήκοντα.

Apoplexiæ in ætatibus maximè fiunt à quadrageſimo anno vſque ad ſexageſimum.

Non omnem apoplexiam, ſed quæ ex atra bile fit, contingit aduenire ijs qui hanc agunt ætatem, quæ eſt à quadrageſimo anno vſque ad ſexageſimum, quoniam in ijs maximè abundat atræ bilis humor, qui ventriculos cerebri ſua craſſitie obſtruens, hanc ipſam efficit.

LVIII.

Ὁκόσοισιν ὑπὸ ἰσχιάδος ἐνοχλουμένοισι χρονίης ἐξίσταται τὸ ἰσχίον, καὶ πάλιν ἐμπίπτει, τουτέοισι μύξαι ἐπιγίνονται.

Quibus à coxendice infeſtatis diuturna coxa erit, & rurſus illabitur, iis mucores in ea parte naſcuntur.

Sæpe in articulis humor pituitoſus aceruatur, quem mucorem appellat, à quo madefacta articulationis ligamenta, laxiora redduntur, atque ideo facilè à cauitate articulus excidit, & rurſus facilè recidit: quæ nunc ait accidere iȷs qui ita morbo laborant coxendicum.

LIX.

Ὁκόσοισιν ὑπὸ ἰσχιάδος ἐνοχλουμένοισι χρονίης, τὸ ἰσχίον ἐξίσταται, τουτέοισι τήκεται τὸ σκέλος, καὶ χωλοῦνται, ἢν μὴ καυθῶσιν

Quibuſcunque à dolore coxendicum moleſtatis diuturno, excidit coxá, iis crus tabeſcit, & claudicant ſi non vrantur.

Quibus a coxendicum dolore moleſtatis excidit coxa coxæq; articulus, ratione humorum qui illuc decurrerunt, iȷs crus tabeſcit, & atrophia laborat. Mucoris enim copia obſtructionem parit, atque adeò impedit ne nutrimentum illuc deferatur: & claudicant ſi candentibus ferramentis

non

non vrantur circa vertebram. Nam vstio mucorem in pixide collectum ac illapsum absumit & exsiccat, ligamentaq; soliatora efficit, & in habitum naturalem reducit.

L X.

Ην ἐπίπλοον ἐκπέσῃ, ἀνάγκη ἀποσαπῆναι.

Si omentum ceciderit, necesse est vt putrescat.

Omentum dictum à Græcis Epiploon, à Latinis etiam Rete, ventriculo insidet, & calorem eius innatum fouet ac tuetur. Hoc si per vulnus ventris inferioris excidat, putrescit post longum tempus, si non ligatum fuerit, & excisum antequam reponatur. Pars autem syncera separabitur ab infecta, ligatura fili è serico, quod postea extrahetur, deinde scindetur infecta pars, ac syncera reponetur.

APHORISMORVM HIPPOCRATIS Sectio VII.

APH. I.

EN τοῖσιν ὀξέσι νουσήμασι ψύξις ἀκρωτηρίων, κακόν.

In morbis acutis frigiditas partium extremarum, malum est.

Partium extremarum frigiditas in acutis morbis absque causa manifesta, significat vehementissimam cuiusdam visceris, vt iecoris, aut ventriculi inflammationem, cuius calor instar cucurbitulæ sanguinem ad se trahit, vnde extremæ partes frigescunt sanguine destitutæ.

II.

Επὶ ὀστέῳ νοσέοντι σὰρξ πελιδνὴ, κακόν.

In osse ægrotante caro liuida morbum significat.

Non enim in mediocribus ossium læsionibus, sed fortibus putrilaginibus talis species coloris circunstantibus carnibus aduenit, extincto scilicet in eis natiuo calore.

Επὶ ἐ-

III.

Ἐπὶ ἐμέτῳ λύγξ καὶ ὀφθαλμοὶ ἐρυθροὶ, κακόν.

A vomitu, ſingultus & oculorum rubor, malum.

Qualis eſt paſſio conuulſio muſculis, talis eſt ſingultus ſtomacho, qui aduenit, humoribus infeſtantibus nonnunquam totum ipſum ventriculum, nonnunquam os eius & gulam: quos per vomitiones abijciens, ſtatim à ſingultu liberatur. Qui ſi neque per has ceſſauerit, duorum alterum oſtendit, vel ſcilicet cerebrum (neruorum principium) vel ventriculum pati non mediocrem inflammationem Rubor verò oculorum vtramque ſequitur diſpoſitionem, ſed præcipuè illam quæ exiſtit in cerebro.

IV.

Ἐπὶ ἱδρῶτι φρίκη, οὐ χρηστόν.

Poſt ſudorem horror minimè bonum ſignificat.

Quòd iudicatoria, quæ non iudicant, nec ſoluunt morbos, partim mortalia, partim malè iudicantia ſint, ab ipſo dictum eſt, quoniam natura in huiuſcemodi diſpoſitionibus morbo ſuccumbit. Horror igitur qui ſudori ſuccedit, vtpote vniuerſis noxijs per ſudorem non expulſis, ſed iuxta ſenſiles partes hærentibus, malam iudicationem ſignificat.

V.

Επὶ μανίῃ δυσεντερίη, ἢ ὕδρωψ, ἢ ἔκστασις, ἀγαθόν.

A furore difficultas inteſtinorum, vel aqua inter cutem, vel mentis alienatio, bonum.

Difficultatem quidem inteſtinorum, vel aquam inter cutem tranſmutationis ratione eſſe furoris ſanationem, non eſt extra rationem, cùm à capite noxij humores transferantur ad inferiora. Mentis autem alienatio, quæ eſt motus ac vehemens perturbatio, qualis accidit ijs quibus paulò pòſt adfutura eſt criſis, ſignificat quòd natura in hoc eſt, vt humorem peccantem diſcretum paulò pòſt euacuet per iudicationem.

V I.

Επὶ νούσῳ πολυχρονίῃ ἀποσιτίη καὶ ἄκρητοι ὑποχωρήσιες, κακόν.

In morbo diuturno faſtidium cibi & deiectiones ſynceræ, malum.

Faſtidium cibi in morbis longis facultatis imbecillitatem oſtendit, quæ quia ad finem morbi durare vix poteſt, periculoſum eſt, valde ne antè ſuccumbat æger quàm poſſit adiuuari, præſertim vbi ſynceræ deiectiones extiterint nulli aquoſæ humiditati permiſtæ. Nam deiectiones huiuſmodi, quæ ſunt vnius cuiuſpiam humoris ſolius, ſiue is picrocholus ſit, ſiue melancholicus, ſiue porraceus,

ceus, siue bilis aruginosa dicta, natiuam omnem humiditatem exustam esse à calore febrili demonstrant.

VII.

Ἐκ πολυποσίης ῥῖγος καὶ παραφροσύνη, κακόν.

Ex multa potatione rigor & desipientia, malum.

Quòd aliqui ex vini potatione desipiant, sanguine feruente & spiritu calido caput opplentibus, id vnicuique manifestum est: Sed quòd aliqui sint qui etiam cum desipientia rigeant, id rarius, & maioris cuiusdam mali indicium est. Nam tantum abest vt multitudine vini calor natiuus augeatur, vt etiam, sicuti lucernæ flamma oleo vniuersim superinfuso, prorsus extinguatur.

VIII.

Ἐπὶ φύματος ἔσω ῥήξεως ἔκλυσις, ἔμετος, καὶ λειποψυχίη γίνεται.

A tuberculi intus ruptione exolutio, vomitio, aut animi defectio fit.

Vt suppurationum ad ventriculum ruptionem sequitur vomitus, sic ad pulmones tussis, & ad intestina puris deiectio. Communis autem omnium ruptionum, quamcunque in partem decumbant, est virium lapsus & animi defectus, propter vitalis spiritus excretionem.

IX.

Ἐπὶ αἵματος ῥύσει παραφροσύνη ἢ καὶ σπασμὸς, κακόν.

A profluuio ſanguinis, deſipientia ac conuulſio, malum.

Deſipientia poſt ſanguinis fluxum non bonus eſt caſus, etiam ſi ſola contigerit, multò autem minus conuulſio, vel ſi abſque deſipientia facta fuerit. Maximum verò malum eſt ambarum conuentus, vbi etiam ex immoderata euacuatione conuulſio caſus eſt admodum exitialis; quippe, quum fiat ab inanitione, defectum & ſiccitatem corporis, magnamq́ue virium imbecillitatem ſignificat.

X.

Ἐπὶ εἰλεῷ ἔμετος, ἢ λύγξ, ἢ σπασμὸς, ἢ παραφροσύνη, κακόν.

Ab ileo vomitus aut ſingultus, aut conuulſio, aut delirium, malum.

In ileis nihil deſcendit ad inferiora, & hoc eſt proprium inſeparabile paſſionis huius: vomitus autem non ſemper adeſt, ſed quando exitiales ſunt: & ſi vehementius diſtorqueantur, ſtercus eis ſuperiora petit, atque ſingultiunt. Quidam verò deſipiunt & conuelluntur, compatiente cerebro ſtomachi paſſioni. Hæc verò mihi fieri videntur inteſtinis, in quibus talis paſſio exiſtit, à ſe expellere ſtercus appetentibus, & non potentibus

ſe exo-

ſe exonerare, propter factam in partibus inferioribus obſtructionem, ſed coactis contra naturam violenter moueri, & ad loca ſuperiora materiam noxiam extrudere.

XI.

Ἐπὶ πλευρίτιδι περιπνευμονίη, κακόν.

A morbo laterali inflammatio pulmonis, malum.

Quando non poteſt is qui morbum lateralem facit, in coſtis humor contineri totus, pars eius aliqua ad pulmonem fertur, vnde pleuritidi ſuperuenit peripneumonia, malum priore deterius, vtpote quod nobiliorem partem occupet.

XII.

Ἐπὶ περιπνευμονίῃ φρενῖτις, κακόν.

A peripneumonia delirium, malum.

Peripneumonia, inflammatio eſt pulmonis cum febre acuta, à calido humore excitata, cui ſi delirium ſuccedat, vaporibus à pulmone ad cerebrum delatis, malum eſt duplicatum.

XIII.

Ἐπὶ καύμασιν ἰσχυροῖσι σπασμὸς, ἢ τέτανος, κακόν.

A vehementibus æſtibus conuulſio, aut diſtentio, malum.

Nonnulli quidem æſtus idem quod febres intellexerunt. Nonnulli verò aëris ambientis feruo-

rem ita nominari dixerunt: Alij pro cauterijs & escharis: & omnes verum dicunt: superueniunt enim his omnibus, haudquaquàm in bonum, Tetani ac conuulsiones propter neruorum siccitatem, quas diximus esse pessimas.

XIV.

Ἐπὶ πληγῇ ἐς τὴν κεφαλὴν ἔκπληξις, ἢ παραφροσύνη, κακόν.

Ex capitis ictu obstupescentia & desipientia malum.

Desipientia quidem agnoscitur loquentibus agentibúsve nihil consentaneum rationi: obstupescentia verò, quando neque aliquid dicunt, neq; agunt, sed apertis oculis quieti manent, similes ijs qui ex timore sunt attoniti. Hæc sunt indicio quòd ictus intrà cerebrum penetrauerit.

XV.

Ἐπὶ αἵματος πτύσει πύου πτύσις, κακόν.

A sanguinis sputo puris sputum malum.

Non omne sputum sanguinis, sequens habet sputum purulentum, sed quod malignum existit: tale autem est omnino à pulmone.

XVI.

Ἐπὶ πύου πτύσει φθίσις καὶ ῥύσις. ἐπὴν δὲ τὸ πτύελον ἴσχηται, ἀποθνήσκουσιν.

A puris sputo tabes & fluxus: quum verò sputum retinetur, moriuntur.

Phtisin nominat, aut tabem totius corporis,

cum

cum parua febre extenuationem consequentem insanabilia pulmonis vlcera. Per fluxum autem intelligit, vel capillorum defluxum, vel alui fluorem: vtrunque enim consueuit euenire cùm tabidi ad extremum mali perducuntur, alterum ex siccitate, alterum ex potentiæ imbecillitate. Cæterùm eousque tabidi viuunt, dum pulmonem expurgare possunt per ea quæ expuendo excernuntur. Cùm verò non expuunt pro imbecillitate, sed puris copia in pulmone coaceruata viam spiritus obstruit, strangulantur.

XVII.

Ἐπὶ φλεγμονῇ τοῦ ἥπατος λὺγξ, κακόν.

In hepatis inflammatione singultus, malum.

Communium neruorum ratione, qui sunt breuissimi, stomachus hepati compatitur tum cùm inflammatione maxima & pessima laborat hepar: nonnunquam etiam bile multùm calida, & multa in huius visceris inflammationibus genita, ac confluente ad intestinorum principium: qua superfluitante atque ad ventriculum recurrente, contingit os eius morderi, atque ideo singultire.

XVIII.

Ἐπὶ ἀγρυπνίῃ σπασμὸς ἢ παραφροσύνη, κακόν.

A vigilia conuulsio vel delipientia, malum.

Cùm vigiliæ sint ex ijs quæ maximè euacuant & exiccant, conuulsio autem fiat ab euacuatione & repletione, nihil mirum si vigilias immoderatas comitetur ipsa conuulsio, ac interdum desipientia, ratione immodicæ siccitatis, & quia in longis vigilijs biliosior redditur sanguis.

XIX.

Ἐπὶ ὀστέου ψιλώσει ἐρυσίπελας.

Ab ossis denudatione erysipelas, malum.

Osse nudato carnem circunstantem videri ab erysipelate apprehensam, malum: significat enim sanguinem calidiorem flauamq́ bilem confluere, quæ partes adiacentes sua acrimonia exedit & absumit.

XX.

Ἐπὶ ἐρυσιπέλατι σηπεδὼν, ἢ ἐκπύησις, κακόν.

Ab erysipelate putredo, aut suppuratio, malum.

Tale siquidem erysipelas significat, quòd non tantùm in superficie existentes corporis partes exulcerat, sed & profundiores depascitur, atque adeò vlcus putridum efficit, quòd vndique ad sanas partes pascendo serpit.

XXI.

Ἐν τῷ ληθάργῳ τρόμος, κακόν.

In lethargo tremor, malum.

Scribit Galenus, nullum motum propter naturam fieri in lethargo, neque conuulsiuum, neque

palpi-

palpitantem, neque tremulum, nisi per accidens. Proinde, si tremor incidat, is erit ab oppressione, & materiæ decubitu in neruos, aut ab infirmitate, ex anteacta resolutione, per validam ægrotationem, aut à causa externa, vt fame, lassitudine, vigilijs, curis. Is autem tremor, maximè manus afficit in lethargo, quia, cùm manibus proiectis supini iaceant lethargici, motus, saltus, tremor, conuulsio, ea parte magis se produnt. Vide aphor. 26. sect. 2. lib 4. coac.

XXII.

Ἐπὶ ἰσχυρῷ σφυγμῷ ἐν τοῖσιν ἕλκεσιν αἱμοῤῥαγίη, κακόν.

A vehementi in vlceribus pulsu, copiosa sanguinis fit eruptio.

Membris inflammatis, & loci angustatio, & dispositio dolorifica, tristem afferunt laborantibus sensum ex motu arteriarum, quem natura (cupiens id quod alienum est, excernere) magnum & violentum efficit, atque ita à violentia sanguis erumpit.

XXIII.

Ἐπὶ ὀδύνῃ πολυχρονίῃ τῶν περὶ τὴν κοιλίην ἐκπύησις.

A ventris diuturno dolore suppuratio fit.

Cùm ventris dolor à frigore, vel inæquali intemperie, vel flatibus, vel mordacibus humoribus excitatus, non possit in longum tempus extendi

si omnia circa ægrum opportunè fiant. Reliquum est igitur, si diu duret, vt ab inflammatione suam habeat originem, quæ processu temporis suppurabit, nisi hominem morte præripiat.

XXIV.

Ἐπὶ ἀκρήτῳ ὑποχωρήσει δυσεντερίη, κακόν.

A deiectione syncera, difficultas intestinorum, malum.

Deiectiones synceras solet Hippocrates nominare impermixtas aquosæ humiditati, quæ solùm habent syncerum illum, qui infrà deijcitur, humorem: siue sit flaua bilis, siue atra. Nihil igitur mirum si in talibus deiectionibus aliquod intestinum exedatur ab humore, qui suo transitu, morsus, erosiones, & exulcerationes efficit: vnde dysenteria.

XXV.

Ἐπὶ ὀστέου διακοπῇ παραφροσύνη, ἢν κενεὸν λάβῃ.

In ossis capitis præcisione, si vacuum excipiat, delirium fit.

Osse quod in capite est præciso vsque ad inteviorem superficiem, quam vacuus excipit locus qui cerebrum continet, desipientia fit. Nam iam passio proxima existit membranis & cerebro, hoc est, quod ipse dicit, si vacuum excipiat.

XXVI.

Ἐκ φαρμακοποσίης σπασμὸς, θανατῶδες.

Ex me-

Ex medicamenti potione conuulſio lethalis eſt.

Medicamenti potiones & medicationes conſueuit Hippocrates nominare eas tantùm, quæ purgantibus fiunt medicamentis. Quòd verò conuulſio, quæ fit iſtis ſupra modum euacuantibus, lethalis exiſtat, iam dictum eſt abundè, ſignificat enim ſiccitatem inſanabilem.

XXVII.

Ἐπὶ ὀδύνῃ ἰσχυρῇ τῶν περὶ τὴν κοιλίην ἀκρωτηρίων ψύξις, κακόν.

In forti dolore ventris partium extremarum frigiditas, malum.

Fit partium extremarum frigiditas propter dolorem vehementem medias corporis partes occupantem, ob quem natura in ſeipſam contrahitur. & ad eam conſequitur ſanguis, non ſolum extremas corporis partis derelinquens, veluti pedes & manus & caput, ſed & cutim uniuerſam.

XXVIII.

Γυναικὶ ἐν γαστρὶ ἐχούσῃ τεινασμὸς ἐπιγινόμενος, ἐκτρῶσαι ποιέει.

Mulieri vtero gerenti ſi teneſmus ſuperuenerit, facit abortum.

Teneſmus nomen accepit ab ea paſſione ob quam, cùm cacare vehementer appetant, continuè exurgunt. Ob talem igitur moleſtiam totum aliud corpus laborat, & præcipuè matrix, quæ co-

gnata est recto intestino in hoc affectu maximè dolenti. Nihil autem mirũ si propter vehementes atque frequentes exurrectiones, conceptus abortitur, quando & ex aliis omnibus fortibus motibus atque doloribus, mulieres grauidæ solent abortire.

XXIX.

Ὅτι ἂν ὀστέον, ἢ χόνδρος, ἢ νεῦρον ἀποκοπῇ ἐν τῷ σώματι, οὔτε αὔξεται, οὔτε συμφύεται.

Siue os, siue cartilago, siue neruus in corpore procisus fuerit, neque augetur, neque coalescit.

Hic aphorismus est idem cum aphor. 19. 6. sect.

XXX.

Ἢν ὑπὸ λευκοῦ φλέγματος ἐχομένῳ διάῤῥοια ἐπιγένηται ἰσχυρή, λύει τὴν νόσον.

Ei qui leucophlegmatia detinetur, si ventris fluxus superuenerit vehemens, à morbo liberatur.

Speciem aquæ inter cutem leucophlegmatiam nominant, quæ alba pituita dicitur: hæc soluitur alui profluuio vehementi (dummodo hoc non accidat ab imbecillitate facultatis retentriuis) nimirum ad aluum delabente eo qui morbum faciebat humore pituitoso.

XXXI.

Ὁκόσοισιν ἀφρώδεα τὰ διαχωρήματα ἐν τῇσι διαρ-

διαῤῥοίησι, τουτέοισιν ἀπὸ τῆς κεφαλῆς ζωύπα καταῤῥέει.

Quibus in alui profluuiis excrementa spumosa sunt, iis ex capite pituita defluit.

Hoc indistinctè dictum est: Fiunt enim aliquando excrementa spumosa pituitoso humore ex capite ad ventriculum defluente: fiunt autem & vasis, quæ ad ipsum perueniunt, illum effundentibus. Conflari etiam interdum possunt in ipso ventriculo cùm vnam habeant, vt ita dicam, causam continentem, antecedentes verò plures. Est autem huius pituitæ causa continens spiritus flatuosus, dum humori commiscetur vehementem habens motum & inæqualem, ita quòd ipse dirumpitur, & pituitam frangit in multas partes ac paruas ampullas. Ipsius verò motus causa est propria natura, & interdum multitudo caloris: sic enim & in his quæ elixantur apparet spuma, & in Mari violentis ventis agitato.

XXXII.

Ὁκόσοισι πυρέσσουσιν ἐν τοῖσι οὔροισι κριμνώδεες αἱ ὑποστάσιες γίνονται, μακρὴν τὴν ἀῤῥωστίην σημαίνουσιν.

Quibus febricitantibus vrinæ sedimina crassioris farinæ speciem referunt, diuturnum fore morbum significant.

Qui febricitantes mingunt vrinam similem

farinæ crassiori, si saluari debeant, viribus existentibus robustis, non nisi tardè liberantur, quia crassa materia quæ exiguo tempore discuti non potest, in longum producit ægritudinem. Qui verò cum tali vrina imbecilliores fuerint, ac in morbo exitialiter se habuerint, morte præripiuntur antequàm ægritudo diutius protrahatur.

XXXIII.

Ὁκόσοισι δὲ χολώδεες αἱ ὑποστάσιες, ἄνωθεν δὲ λεπταὶ, ὀξεῖαν ἀῤῥωστίην σημαίνει.

Quibus verò sedimina nunc sunt biliosa, quæ ab initio fuerunt tenuia, acutum morbum significant.

Quum sedimina vrinarum ab initio tenuia fuerint, & subinde biliosa fiunt, acutum & breuem morbum significant: nam biliosum semper acutos morbos operatur. Bilis autem appellatione sine alia adiectione, cholericus humor intelligitur, vt atræ bilis nomine, melancholicus.

XXXIV.

Ὁκόσοισι δὲ διεστηκότα τὰ οὖρα γίνεται, τουτέοισι ταραχὴ ἰσχυρὴ ἐν τῷ σώματί ἐστιν.

Quibuscunque vrinæ distantes sunt aut inæquales, iis turbatio vehemens in corpore est.

Per inæquales aut diuulsas vrinas intelligi vult substantiæ vrinæ inæqualitatem, quæ rectè dixit

dixit fortem significari perturbationem. Nam superante natura, omnia æqualiter vnita sunt: morbificis verò causis illi seditiosè reluctantibus, illud quod vincitur quidem atque concoquitur aliam habet formam, quod verò reluctatur, aliam.

XXXV.

Οκόσοισιν ἐν τοῖσιν οὔροισιν ἐφίστανται πομφόλυγες, νεφριτικὰ σημαίνουσι καὶ μακρὴν τὴν ἀῤῥωστίην ἔσεσθαι.

Quibus in vrinis superstant bullæ, iis morbum renum, & longum fore significant.

Bullæ fiunt ab humiditate quæ à flatuoso spiritu circum extenditur. Solet autem hoc magis accidere quando humor aliquid tenacitatis habet: tunc enim bullæ ipsæ sunt stabiles, & difficulter solubiles. Cùm igitur spiritus flatuosus vnà cum vrinis excernitur, signum est frigidæ ægritudinis renum. Quòd si frigida est ægritudo, vt sit longa necesse est: frigidum enim omne est difficulter solubile, & vix coctionem admittit, atque ideo diu durat.

XXXVI.

Οκόσοισι δὲ λιπαρὴ ἡ ἐπίστασις καὶ ἀθρόη, τουτέοισι νεφριτικὰ, καὶ ὀξέα σημαίνει.

Quibus in vrina pinguedo supernatat & confertim exit, iis renum vitium & acutum morbum significat.

Siue alui excrementum, siue vrina pinguis fuerit, ex colliquatione adipis fit non magis in renibus quàm in toto corpore existentis: quare non propriè morbi renalis est signum, sed consumptionis vniuersi corporis, & commune omnis adipis ab igneo calore colliquati. Verùm hoc discrimen est, in aliis enim partibus corporis adipes colliquati paulatim & non confertim cum vrina exeunt, primùm colliquatione participata à venis illi vicinis, deinde ab iis quæ continuantur, & rursus ab aliis, donec ad renes perueniant. Adipis verò circa renes colliquati, transsumptio ad vrinas celerrima est, & non paulatim, sed confertim fit, atque ideo in renibus ipsis dispositio esse monstratur: Cui rei & experientiam, si diligentius animaduerteris, inuenies consentientem.

XXXVII.

Ὁκόσοισιν δὲ νεφριτικοῖσιν ἐοῦσι τὰ προειρημένα συμβαίνῃ σημεῖα, πόνοι τε περὶ τοὺς μύας τοὺς ῥαχιαίους γίνονται, ἢν μὲν περὶ τοὺς ἔξω τόπους γίνωνται, ἀπόστημα προσδέχου ἐσόμενον ἔξω. ἢν δὲ μᾶλλον οἱ πόνοι πρὸς τοὺς ἔσω τόπους γίνωνται, καὶ τὸ ἀπόστημα προσδέχου ἐσόμενον μᾶλλον ἔσω.

Quibus autem morbo renali laborantibus mala signa accidunt, doloréſque circa ſpinæ muſculos fiunt, ſiquidem circa loca exteriora fiant, abſceſſus quoque exterius futuros

futuros expecta: si verò dolores magis circa loca interiora fiant, etiam abscessus expecta futuros interius.

Qui longo tempore nephritici sunt, doloréque circa spinæ dorsive musculos sentiunt, iis abscessus accidunt: ij autem interni externive futuri sunt pro vario positu musculorum. Nam siue retrò siue antè se sumauerit dolor, illic quoque abscessum futurum expecta.

XXXVIII.

Ὁκόσοι αἷμα ἐμέουσιν, ἢν μὲν ἄνευ πυρετοῦ, σωτήριον. εἰ δὲ ξὺν πυρετῷ, κακόν. θεραπεύειν δὲ τοῖσι ψυκτικοῖσι, καὶ τοῖσι στυπτικοῖσι.

Quicunque euomunt sanguinem, si sine febre quidem, salutare: si verò cum febre, malum. Curare verò acerbis & refrigerantibus.

Febre vacantibus liquet nullam adesse inflammationem in loco vnde emittitur sanguis. Quare vel alicuius vasis ore adaperto fit sanguinis vomitus, vel ex vlcere quidem, sed sine inflammatione. Quare id bonum, hoc est minus malum, censendum est. Curantur enim quæ sunt absque inflammatione vlcera facilè acerbis. Quæcunque verò cùm inflammatione sunt simul ac febribus, non solùm curari non possunt, sed ne sic quidem permanere: semper enim maiora fiunt ac maligniora.

XXXIX.

Καταῤῥόοι ἐς τὴν ἄνω κοιλίην ἐκπυοῦνται ἐν ἡμέρῃσιν εἴκοσιν.

Destillationes in ventrem superiorem suppurantur intra viginti dies.

Ventrem superiorem nominat hic thoracem in quo pulmo continetur, & in quem à capite destillatio fertur per asperam arteriam. Suppuratur autem magna ex parte in viginti diebus, nempe 14. aut 17. aut ad summum vigesimo die: Semper enim Hippocrates diem vigesimum indicatorium facit, non vigesimum primum.

XL.

Ην οὐρέῃ αἷμα καὶ θρόμβους, καὶ στραγγουρίην ἔχῃ, καὶ ὀδύνη ἐμπίπτῃ ἐς τὸ περίναιον, καὶ τὸ ὑπογάστριον καὶ τὸν κτένα, τὰ περὶ τὴν κύστιν νοσέειν σημαίνει.

Si quis sanguinem & grumos mingat, aut vrinam guttatim emittat, dolorque ad perinæum, hypogastrium & pectinem pertingat, partes ad vesicam pertinentes malè affici significat.

Est idem cum aphor. 80. 4. *sect.*

XLI.

Ην ἡ γλῶσσα ἐξαίφνης ἀκρατὴς γένηται ἢ ἀπόπληκτόν τι τοῦ σώματος, μελαγχολικὸν τὸ τοιοῦτο γίνεται.

Si lingua repentè incontinens fiat, aut aliqua

liqua corporis pars ſtupore elanguit, tale eſt melancholicum.

Incontinentem linguam nominat, quæ infirma eſt ita, vt non poſſit articulatam edere vocem, aut immobilem & omnino reſolutam, ſicut corporis partem ſtupidam, etiam reſolutam dicit. harum autem paſſionum eam cauſam indicat eſſe, quæ quartani eſt circuitus: melancholicus enim humor craſſus & lentus, haud aliter ac pituita, ſua craſſitie neruos, ſenſum & motum à cerebro deferentes obſtruens impedit, ne vis ſenſifica & motrix ad linguæ aliarumq́ partium muſculos peruenire queat.

XLII.

Ην φόβος καὶ δυσθυμίη πολλὺν χρόνον διατελέῃ, μελαγχολικὸν τὸ τοιοῦτον.

Si timor atque mœſtitia longo tempore perſeuerant, melancholiam ſignificant.

Repetitus eſt ex 4. ſect. aphor. 23.

XLIII.

Ην ὑπερκαθαιρομένων τῶν πρεσβυτέρων λὺγξ ἐπιγίνεται, οὐκ ἀγαθόν.

Si ſenibus ſupra modum purgatis, ſingultus ſuperueniat, non bonum.

Sunt enim imbecilliores, ætatis ratione, eóque in illis omnia mala, etiam leuia, ſunt ſuſpecta; cùm illis natiuus calor paucus ſuperſit, paucique boni humores, habeantque ideo venas anguſtas,

multiſque obſtructionibus impeditas; corpuſq; ſiccum ac penè aridum, cuiuſque humidi natiui iactura, ſi aliqua facta ſit, nulla arte reparari poteſt. Non mirum itaque ſi in ijs, poſt purgationem, ſingultus aut conuulſio ſuperueniens (vt pote immodici ſiccitatis indices) malum portendant.

XLIV.

Ἢν πυρετὸς μὴ ἀπὸ χολῆς ἔχῃ, ὕδατος πολλοῦ καὶ θερμοῦ καταχεομένου κατὰ τῆς κεφαλῆς, λύσις τοῦ πυρετοῦ γίνεται.

Si febris non ex bile ſit, multa aqua calida capiti ſuperfuſa febrem tollit.

Ex balneo aquæ calidæ ſentiunt vtilitatem febres quæ non ex humore fiunt, ſed ab aliis cauſis, vt à laſſitudine, exuſtione, frigore, obſtructione meatuum: reſpirat enim & diſſoluitur per ipſos humido tepenti reſeratos febrilis calor, ac ita corporis habitus ſæpe refrigeratur. Diariis igitur & hecticis vtiles ſunt balneæ: iis autem quas humoris putredo vel inflammatio aliqua excitarit, non conueniunt, niſi prius concoctis aut euacuatis honoribus. Verùm cùm à pituita putreſcente fiat etiam febris putrida, hic videbitur Aphoriſmus non eſſe verus, qui bilis tantùm meminit, niſi quis exiſtimauerit pituitæ putrefactionem in alterutram bilem conuerti.

Την

XLV.

Γυνὴ ἀμφιδέξιος οὐ γίνεται.

Mulier ambidextera non fit.

Homines qui ambabus manibus pro dextris vtuntur sæpius visi sunt, mulier verò nulla ad hunc vsque diem, ob naturæ imbecillitatem. Satis enim habet, si sola dextra modicè vtatur.

XLVI.

Ὁκόσοι ἔμπυοι καίονται ἢ τέμνονται, ἢν μὲν τὸ πύον καθαρὸν ῥυῇ καὶ λευκὸν, περιγίνονται. ἢν δ᾽ ὕφαιμον καὶ βορβορῶδες, καὶ δυσῶδες, ἀπόλλυνται.

Quicunque suppurati vruntur vel secantur, si pus purum fluxerit, & album, euadunt: si verò subcruentum & fæculentum & fœtidum, pereunt.

Suppuratos nominat, quibus inter thoracem atque pulmonem aceruatum est pus: hoc si purum effluxerit, & album, post vstionem aut sectionem, euadunt: significat enim quòd natura valida fuit & morbum deuicit: si verò pus quod effluit, subcruentum, feculentum & fœtidum fuerit, pereunt: significat enim morbi ac putredinis victoriam, facultatúmque casum ac naturæ ruinam.

XLVII.

Ὁκόσοι τὸ ἧπαρ διάπυον καίονται, ἢν μὲν τὸ πύον καθαρὸν ῥυῇ καὶ λευκὸν, περιγίνονται. ἐν

χιτῶνι γὰρ τὸ πύον τουτέοισιν ἐστίν. ἢν δὲ οἷον ἀμόργη ῥυῇ, ἀπόλλυνται.

Qui iecore ſuppurato vruntur aut ſecantur, ſiquidem pus purum effluxerit, & album, euadunt, iis enim pus concluſum in membrana eſt: ſi verò velut amurca effluxerit, intereunt.

Ipſe cauſam dixit ob quam nonnulli pereunt ſuppurati, nonnulli verò euadunt. Quibus enim in tunica eſt pus, nihil patiente ſubſtantia hepatis, ſaluantur: Quibus verò vſque ad carnem hepatis corruptio pertingit, non abſque ratione moriuntur. Quòd autem amurcam Græci nominent facem olei, & quod talem par eſt eſſe incoctam putredinem hepatis, liquet vnicuique.

XLVIII.

Ὀδύνας ὀφθαλμῶν ἄκρητον ποτίσας καὶ λούσας πολλῷ θερμῷ, φλεβοτόμει.

Dolores oculorum poſt meri potionem & aquæ calidæ balneum, venæ ſectione curato.

Cùm tria hæc remedia nuſquam in vna diſpoſitione conueniant, hic Aphoriſmus videtur ex ijs vnus eſſe qui fuerunt interiecti: neque enim vinum neque balneum tolerat plethorica diſpoſitio abſque maximo detrimento, verùm hæc auxilia ſunt ſanguinis craſſi in aliqua parte compacti, cùm non adeſt totius corporis repletio. Quare ſi

abſque

absque plenitudine dolor fiat propter obstructionem ac compactionem crassi sanguinis, tum balneum vtile erit & vinum, inutilis autem venæ sectio: si verò plenitudo fuerit, vtilis quidem erit venæ sectio, inutile autem balneum & vinum.

XLIX.

Ὑδρωπιῶντα ἢν βὴξ ἔχῃ ἀνέλπιστός ἐστιν.

Si hydropicum tussis habeat, desperatus est.

Idem cum aphor. 35. sect. 6.

L.

Στραγγουρίην καὶ δυσουρίην θώρηξις καὶ φλεβοτομίη λύει. τέμνειν δὲ τὰς εἴσω φλέβας.

Vrinæ stillicidium, & mingendi difficultatem vini potio & venæ sectio soluit, incidere verò interiores.

Stillicidium vrinæ quod ab intemperie fit, præsertim frigida, & mingendi difficultas quæ à crassis humoribus & flatuoso spiritu fit, vini potione soluuntur: Nam vinum suo calore frigiditatem ex hisce dispositionibus discutit, ac obstructione liberat meatus: inflammatio verò si accedat, venæ eius, quæ in poplite est aut in malleolo, sectione sanabitur.

LI.

Ὑπὸ κυνάγχης ἐχομένῳ οἴδημα καὶ ἐρύθημα ἐν τῷ στήθει ἐπιγινόμενον, ἀγαθόν, ἔξω γὰρ τρέπεται τὸ νόσημα.

Ab angina habito tumor & rubor in pectore superueniens, bonum: extra enim vertitur morbus.

Hic Aphorismus non dissimilem habet cum præcedente sententiam.

LII.

Ὁκόσοισι ἂν σφακελισθῇ ὁ ἐγκέφαλος, ἐν τρισὶν ἡμέρῃσιν ἀπόλλυνται. ἢν δὲ ταύτας διαφύγωσιν, ὑγιέες γίνονται.

Quibus cerebrum sphacelatum est, in tribus diebus pereunt: Si verò hos euaserint, sani fiunt.

Si sphacelus est corruptio substantiæ vniuscuiusque partis quæ sphacelari dicitur, non contingit hunc, qui ita ægrotat, persanari. Quo fit vt abutantur hoc verbo ad significandam non completam corruptionem, sed huius dispositionis inceptionem. Sicut enim gangrænam, iam ita completam vt pars sit intermortua, sanare est impossibile, dum verò adhuc fit, possibile est: Sic & sphacelum, dum quis in eum incidit, quanquàm mortificationem carnosæ partis quæ prouenit ex magnitudine inflammationis, quam propriè medici gangrænam nominant, etiam sphacelum Græci vocabant. Quòd verò cita sit ex ipso mors, est manifestum: nempe quoniam morbus est grauissimus, & pars maximè princeps. Quòd si ægrum mors in tribus primis diebus non anticipauerit,

pauerit, sperandum est morbum declinare, & vires esse fortes quæ corruptionem vincere possint.

LIII.

Πταρμὸς γίνεται ἐκ τῆς κεφαλῆς, διαθερμαινομένου τοῦ ἐγκεφάλου, ἢ διυγραινομένου τοῦ ἐν τῇ κεφαλῇ κενοῦ. ὑπερχεῖται γὰρ ὁ ἀὴρ ὁ ἐνεὼν ἔξω, ψοφεῖ δὲ ὅτι διὰ στενοῦ ἡ διέξοδος αὐτοῦ ἐστίν.

Sternutamentum fit ex capite, cerebro calfacto, aut humectata capitis parte inani. Aër enim intus contentus extrà erumpit, sonat autem quoniam per angustum exit.

Hîc de sternutamento agit quod habet suæ generationis principium, naturam appetentem flatuosum spiritum ex capite excernere. Fit enim rarefactis ijs qui sunt in capite humoribus & naturæ impetu excretis. Rarefieri verò ipsis accidit concalfactis: calfiunt autem natiuo calore excitato & aucto, ob cuius imbecillitatem prius erant superfluitates aggregatæ. Cùm igitur ait: calfacto eo quod est in capite inani, maximè quidem intelligere oportet de eo qui est in ventriculis cerebri, atque etiam de ambiente ipsum extrinsecus aëre: facile enim est & illi per cerebrum, primùm quidem ad ipsos ventriculos, hinc verò subire ad nares. Quia verò vniuersum excedit, & per angustum narium meatum, sonitum edi Hippocrates inquit.

L I V.

Ὁκόσοισιν ἧπαρ περιοδυνᾶται, τουτέοισιν πυρετὸς ἐπιγενόμενος λύει τὴν ὀδύνην.

Quibus hepar vehementer dolet, iis febris ſuperueniens ſoluit ægritudinem.

Ei dolori hepatis qui eſt à flatuoſo ſpiritu, febris ſuperueniens eſt auxilio, vtpote quæ flatus diſſoluat & diſcutiat ſua caliditate. Ei verò qui eſt ab inflammatione ſi febris noua ſuperueniat, tantum abeſt vt medeatur, vt plurimùm etiam obeſſe credatur adueniente calore calorem inflammationis qui febrilis erat adaugente.

L V.

Ὁκόσοισι συμφέρει αἷμα ἀφαιρέεσθαι ἀπὸ τῶν φλεβῶν, τουτέοισι ξυμφέρει ἔαρος φλεβοτομέεσθαι.

Quibus conuenit ſanguinem ex venis detrahere, iis vere vena ſecanda eſt.

Repetitus eſt ex præcedenti ſect. aph. 47.

L V I.

Ὁκόσοισι μεταξὺ τῶν φρενῶν καὶ τῆς γαστρὸς φλέγμα ἀποκλείεται, καὶ ὀδύνην παρέχει οὐκ ἔχον διέξοδον εἰς οὐδετέρην τῶν κοιλιῶν, τουτέοισι κατὰ τὰς φλέβας ἐς τὴν κύστιν τραπέντος τοῦ φλέγματος, λύσις γίνεται τοῦ νόσου.

Quibus inter ventriculum & ſeptum tranſuerſum pituita concluditur, doloremque infert, vtpote quæ ad alteram cauitatem

tem exitum non habet, iis, per venas ad vesicam conuersa pituita, morbus soluitur.

Per locum in quo concluditur pituita, illud spacium laxius est intelligendum, quod est quidem infra septum, sed intra membranæ abdominis interioris eam partem quæ ad epigastrium attinet: Pituita igitur ibi conclusa cum dolore, ad venas per vias oculos fugientes, rursus à venis ad vesicam transferri à natura potest, prius sufficienter extenuata.

LVII.

Ὁκόσοισι αὖ τὸ ἧπαρ ὕδατος πληθὲν εἰς τὸ ἐπίπλουν ῥαγῇ, τουτέοισιν ἡ κοιλίη ὕδατος ἐμπιμπλᾶται, καὶ ἀποθνήσκουσιν.

Quibus hepar aqua plenum in omentum eruperit, iis venter aqua repletur, & moriuntur.

Si quando contingat vesicas aquosas quæ circa iecur generantur, rumpi, aqua effunditur ad locum membranæ abdominis interioris, ad epigastrium, in quo etiam aqua hydropicorum continetur. Ad omentum autem non potest è ruptis illis vesicis aqua effluere, nisi ipsum aliquo modo exedatur: est enim solidum & firmum vndiquaque, ita vt nihil in ipsum incidere possit nisi ex ventriculo, colo intestino ac liene, illisq́; partibus vnde ipsum enascitur. Ventrem autem aqua impleri, non de illo ventre dictum est in quo cibi recipiun-

*tur, sed de tota cauitate quæ est infra thoracem,
secundum quod significatum ventre si nominan-
tur, & mulieres dicuntur gestare ventrem. Porrò
aqua ad eum locum effusa, moriuntur tum hi
tum hydropici, nisi per medicamenta purgantia
humiditates superfluas, & præterea per epithe-
mata, quæ vim habeant ciendi vrinam, & in
vapores soluendi talem humorem, beneficio natu-
ra & artis seruentur.*

LVIII.

Ἀνύκη, χάσμη, φρίκη, οἶνος ἴσος ἴσῳ πινό-
μενος, λύει τὴν νοῦσον.

Anxietudinem, oscitationem, horrorem,
vinum æquali portione aquæ mistum epo-
tum, morbum soluit.

*Anxietudo illis euenire solet quibus in ore ven-
triculi humoris aliqua qualitas continetur ven-
triculo molesta, quam ipsæ tunicæ imbiberunt.
Oscitationes autem sicut & pandiculationes fiunt
in musculis ab humiditate flatuosa, vel spiritu
vaporoso, quasi partium corporis distensiones.
Horror autem prauis humoribus per cutem cur-
rentibus accidit. Singula hæc vino æquali portio-
ne aquæ misto epoto percurantur. Vinum enim
præterquàm quòd omnes humores optimos red-
dit, calfacit totum corpus, & citò mouetur ad
omnes partes.*

LIX.

Ὁκόσοισιν ἐν τῇ οὐρήθρῃ φῦμα γίνεται, τουτέοισι διαπυήσαντος καὶ ἐκραγέντος, λύσις.

Quibus in vrinaria fistula tubercula nascuntur, iis, suppuratione facta & eruptione, solutio accidit.

Ob sermonis breuitatem nihil magni hoc haberi aphorismo suspicabitur quispiam: facilè enim est vnicuique intelligere, quòd in meatu vrinario qui in pene est (hunc etenim meatum fistulam vrinariam nominant) si consistant tubercula, & mox rumpantur, fieri solutionem. Verùm si diligentius animaduertimus, maius aliquid ex eo ostenditur. Contingit enim vrinam aliquando retineri ob tale tuberculum, ex cuius diruptione sanitas proculdubio sequetur, doloris & suppressionis vrinæ solutio.

LX.

Ὁκόσοισι δ' ἂν ὁ ἐγκέφαλος σεισθῇ ὑπό τινος προφάσιος, ἀνάγκη ἀφώνους γενέσθαι παραχρῆμα.

Quibus cerebrum aliqua ex causa concussum est, eos repentè mutos fieri est necesse.

Mutos appellare consueuit, qui iacent eodem modo quo apoplectici, sine sensu pariter & motu voluntario. Hic affectus ab aliis quidem causis fieri potest, sed nunc de eo loquitur qui concussio-

nem cerebri ſequitur ab aliquo violento caſu vel ictu. Contrahitur enim vis animalis in ſeipſam, in talibus diſpoſitionibus à motu periculoſo moleſtata, & proinde quieſcit. Atque ideo donec ſe rurſus ipſa vis collegerit, mutum atque immobile totum iacet quod ita afficitur animal.

L X I.

Τοῖσι σώμασι τοῖσιν ὑγρὰς τὰς σάρκας ἔχουσι δεῖ λιμὸν ἐμποιέειν. λιμὸς γὰρ ξηραίνει τὰ σώματα.

Corporibus carnes humidas habentibus famem adhibere conuenit: fames enim corpora ſiccat.

Quòd quidem omnia quæ exſiccant ſint paſſionum humidarum remedia, eſt manifeſtum: Siquidem contraria contrariorum remedia ſunt. Quòd autem & moderata fames ex accidenti corpora exſiccat: eſt minimè dubium: nam calor natiuus non habens quo paſcatur, carnium humiditatem abſumit.

L X I I.

Ην ὑπὸ πυρετοῦ ἐχομένῳ, ὁ τράχηλος ἐπιστραφῇ, καὶ καταπίνειν μὴ δύναται, οἰδήματος μὴ ἐόντος ἐν τῷ τραχήλῳ, θανάσιμον.

Si febre detento, nullo exiſtente in faucibus tumore, derepente ſuffocatio ſuccedat, nec niſi ægrè deuorare queat, lethale.

L X I I I.

Si febricitanti collum peruertitur, vt deuorare

uorare non poſſit, ſine vllo colli tumore, exitioſum eſt.

Satis fuerat. 62. inſeruiſſe, cum in 63. (cuius etiam textus græcus non habetur) idem prorſus tradatur: imò & impunè (quemadmodum in pleriſque codicibus factum) expungi ambo potuerunt, ut ſpurij.

LXIV.

Ὅκου ἂν ἐν ὅλῳ τῷ σώματι μεταβολαὶ, καὶ τὸ σῶμα καταψύχηται, ἢ πάλιν θερμαίνηται ἢ χρῶμα ἕτερον ἐξ ἑτέρου μεταβάλλῃ, μῆκος νόσου σημαίνει.

Vbi toto corpore mutationes, & corpus refrigeratur, viciſſimque calefit, aut colorem alium ex alio mutat, longitudinem morbi ſignificat.

Hic aphor. eſt idem cum 40. ſect. 4.

LXV.

Ἱδρὼς πολὺς θερμὸς ἢ ψυχρὸς ῥέων αἰεὶ, σημαίνει ἔχειν πλησμονὴν ὑγροῦ. ἀπάγειν οὖν χρὴ τῷ μὲν ἰσχυρῷ, ἄνωθεν, τῷ δὲ ἀσθενεῖ, κάτωθεν.

Sudor multus, calidus vel frigidus, ſemper fluens, repletionem humorum eſſe ſignificat: abducere igitur oportet, robuſto quidem ſuperne, debili verò, infernè.

Quòd neceſſarium ſit ſuperfluas corporis humiditates vacuare, eſt manifeſtum. An verò robuſtis ſupernè tantùm, debilibus autem infernè, id di-

gnum est animaduersione: nam hæc ratione roboris, & debilitatis non videtur esse distinguendus remediorum vsus, sed humores eò ducendos esse quò sua sponte repunt, facilé que vacuantur. ideo censetur hic Aphorismus vnus ex adiectis.

LXVI.

Οἱ πυρετοὶ οἱ μὴ διαλείποντες ἢν ἰσχυρότεροι διὰ τρίτης γίνονται, ἐπικίνδυνοι, ὅτῳ δ' ἂν τρόπῳ διαλείπωσι, σημαίνει ὅτι ἀκίνδυνοι.

Febres non intermittentes, si tertia quoque die exacerbantur, periculosæ: quoquo modo autem intermiserint, periculum abesse significatur.

Est idem cum aph. 43. sect. 4.

LXVII.

Ὁκόσοισι πυρετοὶ μακροὶ, τουτέοισι φύματα ἐς τὰ ἄρθρα ἢ πόνοι ἐγγίνονται.

Quos diuturnæ febres exercent, iis vel tubercula vel dolores in articulis fiunt.

Hic aphorismus est idem cum 44. sect. 4.

LXVIII.

Ὁκόσοισι φύματα μακρὰ, ἢ ἐς τὰ ἄρθρα πόνοι ἐκ πυρετοῦ γίνονται, οὗτοι σιτίοισι πλείοσι χρέονται.

Quibus longa tubercula, aut ad articulos, labores à febre fiunt, hi copiosiore cibo vtantur. *Idem cum 45. aph. sect. 4.*

LXIX.

Ἤν ῥῖγος τῷ πυρέσσοντι προφὴν διδῷς, τῷ μὲν ὑγιαί-

νοντ

νοντι ἰσχὺς, τῷ δὲ κάμνοντι νοῦσος.

Si quis febricitanti cibum dederit, ſano quidem cibus eſt, laboranti verò morbus.

Vult dicere cibum ſanis quidem augere robur, morbum verò laborantibus, ita vt in febrienti-bus ex duobus alterũ neceſſarium eſſe videatur, aut vt nutrientes, febrem augeamus: quia natura ad cibi coctionem reuocata ſinit inualeſcere mor-bũ: aut non nutriẽtes, vires diſſoluamus, quæ cibo foueri debẽt: Hic vtendum prudenti coniectura, de qua in vndecimo aphoriſ. huius materia. Inter a-dulterinos & ſuppoſititios eſt habendus hic aph.

LXX.

Τὰ διὰ τῆς κύστιος διαχωρέοντα ὁρᾷν δεῖ εἰ οἷα τοῖς ὑγιαίνουσιν ὑποχωρέεται. τὰ ἥκιστα οὖν ὅμοια τουτέοισι, ταῦτα νοσωδέστερα. τὰ δὲ ὅμοια τοῖσιν ὑ-γιαίνουσιν, ἥκιστα νοσερά.

Quæ per veſicam excernuntur inſpicere oportet an talia ſint qualia ſanis excernun-tur. Quæ igitur minimè ſimilia ſunt iis, hęc morboſiora: Quę verò ſanis ſimilia ſunt, hęc minimè morboſa.

Quicquid præter naturam eſt, quantum receſ-ſit ab eo quod eſt ſecundum naturam, tantam habet prauitatem. Vrina dicitur optima quæ ſa-norum vrinis ſimillima eſt, & quæ ſedimentum album, leue, & æquale habet, ſignificat ſalubrem ſecuritatem, & morbum pauco tempore dura-

turum: Quæ verò contraria est, & nullam subsidentiam, aut aliam habet à supradicta, mala est, & cruditatem significat.

LXXII.

Ὁκόσοι ἂν κάτω ὠμὰ διαχωρέῃ, ὅτι χολῆς μελαίνης ἔνεστιν, ἢν πλείω, πλείων, ἢν ἐλάσσω, ἐλάσσων ἡ νοῦσος.

Quibus infra cruda deiiciuntur, atra bilis ineſt: Si plura, maior: ſi pauciora, minor eſt morbus.

Huius scriptor voluit ostendere, quibus cruda deijciuntur, in ijs instrumentis quæ coquendi vim habent, esse atram bilem, ex qua refrigerata deterius concoquunt.

LXXIII.

Αἱ ἀποχρέμψιες αἱ ἐν τοῖσι πυρετοῖσι μὴ διαλείπουσιν πελιδναὶ, καὶ αἱματώδεες, καὶ δυσώδεες, καὶ χολώδεες, πᾶσαι κακαί. ἀποχωρεῦσαι δὲ καλῶς, ἀγαθαὶ, καὶ κατὰ τὰς διαχωρήσιας, καὶ κατὰ τὰ οὖρα. ἢν δὲ μή τι τῶν συμφερόντων ἐκκρίνηται διὰ τῶν τόπων τούτων, κακόν.

Excretiones in febribus non intermittentibus, liuidæ, cruentæ, fœtidæ & bilioſæ, omnes malæ. Sed ſi proſperè excernuntur, ſiue per aluum, ſiue per vrinas, bonæ. Si verò aliquid eorum quæ non confert excerni, per hæc loca excernitur, malum.

Idem est cum aph. 47. 4. sect.

Τὰ σώ-

LXXIV.

Τὰ σώματα χρὴ ὅκου ἄν τις βούλεται καθαίρειν, εὔροα ποιεῖν· κἢν μὲν ἄνω βούληται, εὔροα ποιέειν, στῆσαι τὴν κοιλίην· ἢν δὲ κάτω, ὑγρῆναι.

Corpora, cùm quis purgare volet, fluxilia reddere oportet: Quòd si suprà fluxilia, reddere volet, aluus sistenda est; si verò infrà, humectanda.

Vide aphorismum 9 sectionis 2.

LXXV.

Ὕπνος, ἀγρυπνίη, ἀμφότερα τοῦ μετρίου μᾶλλον γινόμενα, κακόν.

Somnus atq; vigilia, vtrumque si modum excesserit, malum.

Idem est cum aph. 3.2. sect.

LXXVI.

Ἐν τοῖσι μὴ διαλείπουσι πυρετοῖσιν, ἢν τὰ μὲν ἔξω ψυχρὰ ᾖ, τὰ δὲ ἔνδον καίηται καὶ δίψαν ἔχῃ, θανάσιμον.

In febribus non intermittentibus si partes exteriores sint frigidæ, & interiores vrantur & sitim habeant, lethale est.

Idem cum aph. 48. sect. 4.

LXXVII.

Ἐν μὴ διαλείποντι πυρετῷ, ἢν χεῖλος, ἢ ὀφρὺς, ἢ ὀφθαλμὸς, ἢ ῥὶς διαστραφῇ, ἢν μὴ βλέπῃ, ἢν μὴ ἀκούῃ, ἤδη ἀσθενέος ἐόντος τοῦ σώματος, ὅ τι ἂν τουτέων γίνηται, ἐγγὺς ὁ θάνατος.

Si in febre non intermittente, labrum aut supercilium, aut oculus, aut nasus peruertatur, si non videat nec audiat imbecillo iam existente corpore, quicquid horum acciderit, mors in propinquo est.

Idem cum 49 sect. 4.

LXXVIII.

Ἐπὶ λευκῷ φλέγματι, ὕδρωψ ἐπιγίνεται.

Albæ pituitæ aqua intercus superuenit.

Hic aphorismus est de incipiente specie hydropis, quæ leucophlegmatica dicitur; in qua (à frigida intemperie partium solidarum, vt hepatis, propter quam sanguis aquosus generatur, qui per carnosum genus effunditur, nec agglutinatur, nec assimilatur) totum corpus tumet; venis, & totius corporis habitu, pituitâ repletis; vnde cutis exalbescit, caro mollior est, vt viuidi coloris flos perit. Ne ergo absoluatur hydrops, oportet eam pituitam purgare.

LXXIX.

Ἐπὶ διαῤῥοίῃ, δυσεντερίη.

A diarrhœa, dysenteria.

Vide aphor. 24. huius sect.

LXXX.

Ἐπὶ δυσεντερίῃ, λειεντερίη ἐπιγίνεται.

Dysenteriæ, superuenit lienteria.

Pars est aphorismi 43. sect. 6.

Ἐπὶ σφ

LXXXI.

Ἐπὶ σφακελισμοῦ ἀπόστασις ὀστέου.

A corruptione, oſſis abſceſſus ſuccedit.

Vtrum verò ad oſſis an ad carnis circunſtantis corruptionem ſequatur ipſius oſſis abſceſſus, non manifeſtauit. Vtrumque autem poteſt eſſe verum.

LXXXII.

Ἐπὶ αἵματος ἐμέτῳ φθόη, καὶ πύου κάθαρσις ἄνω. ἐπὶ φθόη, ῥεῦμα ἐκ τῆς κεφαλῆς. ἐπὶ τῷ ῥεύματι διάρροια. ἐπὶ διαρροίῃ σχέσις τῆς ἄνω καθάρσιος, ἐπὶ τῇ σχέσει θάνατος.

Ex ſanguinis vomitione tabes, & puris per ſuperiora purgatio. Ex tabe, fluxio è capite: ex fluxione, alui profluuium: ex alui profluuio, purgationis per ſuperiora retentio: ex qua, mors.

Veteres ferè vtebantur vocibus vſitatis vulgo. Non enim ſequitur tabes, etiam ſi ſanguis euomatur à ventriculo: ſed bene ſequitur à ſanguinis ſpuitione à pulmonibus: hîc ergo confundit vomitum, qui generalior eſt, cum expuitione. At ſi in ipſa tabe, euomatur ſanguis, ſeu expuatur, eſt lethale: nam in tabe, materia illa retenta, calefacit pulmones, & deinde cerebrum ipſum: quo calefacto, fit attractio ab vniuerſo corpore in caput, & illic acrimonia contrahitur. Si ergo materia illa, quæ à cerebro defluit, petat rurſus pulmones,

augebit tabem, vnde ſanguis expuetur: ſi decumbat in ventriculum, excitabit vomitum ſanguinis, aut diarrhœam: Hipp lib. de morbis. vbi tradit curationem tabidorum, prohibet ne aluum molliamus, quia vbi commotum eſt alui profluuium, natura non occupatur in purgatione materiæ quæ eſt in pulmonibus, quæ ſi retineatur, ſuffocabit ægrum. HOLLERIVS.

LXXXIII.

Ἐπὶ αἵματος πτύσει, πύου πτύσις, καὶ ῥύσις. ἐπὴν δὲ σίαλον ἴσχηται, ἀποθνήσκουσιν.

Ex ſanguinis ſputo, puris ſputum & fluor: vbi autem ſputum retinetur, moriuntur.

Vide aphor. 15. huius ſect.

LXXXIV.

Ὁκοῖα καὶ ἐν τοῖσι κατὰ τὴν κύστιν, καὶ τοῖσι κατὰ τὴν κοιλίην ὑποχωρήμασι, καὶ ἐν τοῖσι κατὰ τὰς σάρκας, καὶ ἤν πῃ ἄλλῃ τῆς φύσιος ἐκβαίνῃ τὸ σῶμα, ἢν ὀλίγον, ὀλίγη ἡ νοῦσος γίνεται. ἢν δὲ πουλὺ, πολλή. ἢν πάνυ πουλὺ, θανάσιμον τὸ τοιοῦτον.

Qualiſcunque aut per veſicam, aut per aluum, aut per carnem, aut per aliam quamuis corporis partem excretio recedens à naturæ modo, ſi parum quidem recedit, parua eſt ægritudo: Si multùm, magna: Si admodum multa, lethalis.

Cùm ſanitas ſit mediocritas quædam, in omnibus corporis excretionibus paruus à naturæ modo

modo recessus, vel in qualitate vel quantitate, paruum quidem, & magnus magnum, sed admodum multus lethalem morbum indicat.

Qui sequuntur, spurij sunt.

LXXXV.

Ὁκόσοι ὑπὲρ τὰ τεσσαράκοντα ἔτεα, φρενιτικοὶ γίνονται, οὐ πάνυ τι ὑγιάζονται. ἧσσον γὰρ κινδυνεύουσιν οἷσιν ἂν οἰκείη τῆς φύσεως, καὶ τῆς ἡλικίης ἡ νοῦσος ᾖ.

Quicunq; supra quadraginta annos fiunt phrenetici, non ita valdè sani fiunt. minus enim periclitantur quorum naturæ & ætati morbus fuerit affinis.

LXXXVI.

Ὁκόσοισιν ἐν τῇσιν ἀῤῥωστίῃσιν οἱ ὀφθαλμοὶ κατὰ προαίρεσιν δακρύουσιν, ἀγαθόν. ὁκόσοισι δὲ ἄνευ προαιρέσιος, κακόν.

Quibuscunque in morbis oculi illacrymantur ex voluntate, bonum. Quibus verò citra voluntatem, malum.

LXXXVII.

Ὁκόσοισιν ἐν τοῖσι πυρετοῖσιν ἐοῦσιν, αἷμα ἐκ τῶν ῥινῶν ῥυῇ, πονηρόν.

Quibus in febribus quartanis sanguis ex naribus fluxerit, malum est.

LXXXVIII.

Ι'δρῶτες ἐν τῇσι κρισίμοισιν ἡμέρῃσι γινόμενοι σφοδροὶ καὶ ταχέες, ἐπικίνδυνοι.

Sudores in diebus iudicatoriis oboriẽtes, vehementes & veloces periculosi sunt.

LXXXIX.

Οἱ ὠθεύμενοι ἐκ τοῦ μετώπου, ὥσπερ σταλαγμοὶ, καὶ κρουνοὶ, καὶ ψυχροὶ σφόδρα καὶ πολλοὶ, ἀνάγκη γὰρ τὸν ἱδρῶτα πορεύεσθαι μετὰ βίης, καὶ πόνου ὑπερβολῆς, καὶ ἐκθλίψιος πολυχρονίου.

Qui expelluntur ex fronte, velut guttæ & aquæ salientes: Et frigidi valdè ac multi: necesse enim est talem sudorem prodire cum violentia & doloris excessu ac expressione diuturna.

XC.

Ἐν χρονίῳ νοσήματι κοιλίης καταφορὴ, κακόν.

Ex morbo diuturno alui defluxus, malum.

XCI.

Ὁκόσα φάρμακα οὐκ ἰῆται, σίδηρος ἰῆται, ὅσα σίδηρος οὐκ ἰῆται, πῦρ ἰῆται, ὅσα δὲ πῦρ οὐκ ἰῆται, ταῦτα χρὴ νομίζειν ἀνίατα.

Quæcunque non sanant medicamenta, ea ferrum sanat, quę ferrum non sanat, ea ignis sanat, quæ ignis non sanat, ea incurabilia putare oportet.

HIP-



HIPPOCRATIS PRÆNOTIONVM LIBRI TRES, Græcè & Latinè,

Cum explicatione ex Commentariis Galeni sumpta per Jo. BVTINVM *medicum.*

IO. BVTINI PRÆFATIO in Prænotiones Hippocratis.



ETVS opinio est iam vsque à primis deducta temporibus, & magno omnium gentium firmata consensu, in mentibus hominum esse tanquam oraculum aliquod, ex quo futura præsentiant. Quæ res, vt immor-

talis Dei nos quodammodo similes efficit, eiusdem prudentiæ & rationis socios, ita ab aliorum animalium natura, quæ quantum sensu mouentur, tantum ad id quod adest se accommodant, longius abducit: A quibus paulominus homo differret, si nihil animus eius præsentiens in posterum causas rerum earúmq; progressus, & quasi successiones ignoraret. Quapropter vt in seminibus vis inest earum rerum quæ ex iis progignuntur, sic in causis conditæ sunt res futuræ, quas esse futuras aut concitata mens, aut somno soluta cernit, aut ratio aut coniectura præsentit. Nihil enim est futurum, cuius non causas id ipsum efficientes natura contineat: ex quibus quod eueniet qui intelligunt, prouidentes aut prudentes, quasi præuidentes appellati sunt: & Prouidentia inde dicta est, quæ quidem ex obseruatione eorum quæ diuturno vsu notatæ fuerunt, ars præsagiendi facta est. Nam sicuti Medici ex arteriis & spiritu ægroti, multisque ex aliis indiciis, & venientes & crescentes morbos intelligunt, & declinantes: Astrologi ex variorum syderum situ ac positione aliquid certo euenturum experientia compererunt, vt tempestates, eclipses Solares, Lunares, & similes euentus: Gubernatores item cùm exultantes Loligines viderint, aut Delphinos se in portum coniicientes,

Aut cùm arguta lacus circumuolauit hirũdo,
Aut summa nantes in aqua colludere plumas,
Aut Boreæ de parte trucis cùm fulminat, & cùm
Eurique Zephyrique tonat domus,

tempestatem significari, longa id animaduersione edocti, putant, ideoque tum ponto humida vela legunt, nunquamque imprudentibus imber obfuit. Sic deinceps alij alia signa habent, quæ ad varias rerum futurarum prænunciationes non immeritò obseruare censentur:

Cana fulix etenim fugiens à gurgite ponti,
Nunciat horribiles clamans instare procellas,
Haud modicos tremulo fundens è gutture cantus.
Sæpe etiam pertriste canit de pectore carmen,
Et matutinis acredula vocibus instat,
Cùm primùm gelidos rores Aurora remittit.

Verùm vt in cæteris artibus coniectores, sic in hac posse falli concedimus: potest accidere, vt aliquod signum dubiè datum, pro certo sit acceptum: potest aliquod latuisse, aut ipsum, aut quod esset illi contrarium. Medicus morbum ingraue certem ratione præuidet: insidias Imperator: tempestates Gubernator; tamen ij ipsi sæpè falluntur, qui nihil sine certa ratione opinantur. vt Agricola cùm florem oleæ videt, baccam quoque se visu-

rum putat, non sine ratione ille quidem, sed nonnunquàm tamen fallitur. In medicina cùm sæpius ipse respondeat euentus, interdum tamen fallit nos, & moritur aliquis, de quo medicus securus primò fuit: Et quæ medendi causa reperta sunt, nonnunquàm aliquid in peius conuertunt. Neque id euitare humana imbecillitas in tanta varietate corporum potest. Quòd si falluntur ij, qui nihil sine aliqua probabili coniectura ac ratione dicunt, quid existimandum est de coniectura eorum qui extis, aut auibus, aut somniis futura diuinant? Verùm ad ægros, non vates, aut hariolos, sed medicos solemus adducere, quibus cùm morbus ipse, differentia, partis affectæ natura, situs, & adiacentia cognita fuerint, multò certius philosophari datur, & à signis quæ in sensum cadant, ab excretis facili spiratione, leui tolerantia, bonitate pulsuum, somno minimè laborioso, facie simillima sanis, decubitu decenti, loco, tempore, &c. ad morbi cognitionem, hinc autem ad inuentionem remediorum via certa deduci contingit. Quæ ex re factum est vt ea medicina pars, quæ ex signis quid futurum sit in morbis inuestigat, Semeiotice dicta sit. Hæc est quæ præteritorum cognitionem, præsentium inspectionem, & futurorum prædictiones continet. Porrò vt salutis aut boni signa prognostica sumit à facultatum corpus

nostrum

nost-um dispensantium, vitalis, animalis, & naturalis, paruo in ægris recessu à statu ipsarum secundum naturam, & qui sanis ipsis inerat: Ita verò signa mortis aut mali à magno recessu. Recessum hunc indicant actiones dictarum facultatum, magis aut minus læsæ pro morbi magnitudine. Sed ne diutius in vestibulo simus hærentes, propius accedendum, & de ijs ordine differens Hippocrates ipse audiendus est.



Prænotionum lib. tres sic per capita distinguuntur: nam in libro

Secundo habet ca.

6 De vrina.
7 De vomitu.
8 De sputo.
9 De grauedine & sternutatione.
10 De a sc ssu
11 De d l re à vesica.
12 De signis q ibus cognoscuntur purulenti.

Tertio scribit capita

1 De feb i us.
2 De dier m decretoriorum obseruatione.
3 De iudiciis mulierum à partu.
4 De dolore capitis & faucium in febre,
5 De angina.
6 De gurgulione inflammatione laborante.
7 De signis febrium non determ na o loco affecto.
8 De vomit one sp ntina.
9 De co u lsione puerili.
10 De signorum inter se comparatione.
11 De signis in genere.
12 De signorum certitud ne.
13 De quibus morbis fiunt prædict. ones

Primo docet cap.

1, 2 *Necessariam esse medico prænotionem, & prædictionem.*
3 *Signa ex vultu.*
4 *Signa ab oculis.*
5 *Signa à decubitu ægri.*
6 *Decumbere in ventrem quàm malum.*
7 *Signa à stridore dentium.*
8 *Sig a ab vlcere.*
9 *Signa à gesticulatione manuum.*
10 *Signa à spiratione.*
11 *Signa à sudore.*
12 *Signa ab hypochondriis.*
13 *Signa à tumore in hypochondriis.*
14 *Signa à suppuratione.*

1 *De aqua intercutem.*
2 *De somno.*
3 *De deiectione.*
4 *De generibus malarum egestionum.*
5 *De præcordiorum dolore.*



HIPPOCRATIS PRÆNOTIONVM LIBER PRIMVS.



Quàm sit necessaria prænotio prædictióve CAPVT I.



ON ἰητρὸν δοκέει μοι ἄριστον εἶναι, πρόνοιαν ἐπιτηδεύειν. προγινώσκων γὰρ καὶ προλέγων παρὰ τοῖσι νοσέουσι τά τε παρεόντα, καὶ τὰ προγεγονότα, καὶ τὰ μέλλοντα ἔσεσθαι, ὁκόσα τε παραλείπουσιν οἱ ἀσθενέοντες, ἐκδιηγεύμενος πιστεύοιτ' ἂν μᾶλλον γινώσκειν τὰ τῶν νοσεόντων πρήγματα, ὥστε τολμᾶν ἐπιτρέπειν τοὺς ἀνθρώπους σφέας ἑωυτοὺς τῷ ἰητρῷ. τὴν δὲ θεραπείην ἄριστα ἂν ποιέοιτο, προειδὼς τὰ ἐσόμενα τῶν παθημάτων. ὑγιέας μὲν γὰρ ποιέειν ἅπαντας τοὺς ἀσθενέοντας, ἀδύνατον. τοῦτο γὰρ τοῦ προγινώσκειν τὰ μέλλοντα ἀποβήσεσθαι, κρεῖττον ἂν ἦν.

Medi-

Medicum vti prouidentia vt mihi videtur optimum est. Prænoscens enim & prædicens apud ægrotos, & præsentia, & præterita, & futura, & quę ægrotos prætereunt exponens, fidem vtique fecerit, quòd ęgrotorum res magis cognoscat, quare audebunt homines seipsos medico committere. At verò curationem optime fecerit, vbi pręnouerit futuras affectiones. Sanos enim facere omnes ęgrotos impossibile. hoc enim præstantius esset quàm pręnoscere in posterum euentura.

CAP. II.

Ἐπειδὴ δὲ οἱ ἄνθρωποι ἀποθνήσκουσιν, οἱ μὲν πρὶν καλέσαι τὸν ἰητρὸν ὑπὸ ἰσχύος τῆς νούσου· οἱ δὲ, καὶ ἐσκαλεσάμενοι, παραχρῆμα ἐτελεύτησαν· οἱ μὲν, ἡμέρην μίαν ζήσαντες· οἱ δὲ, ὀλίγῳ πλέονα χρόνον, πρὶν ἢ τὸν ἰητρὸν τῇ τέχνῃ, πρὸς ἕκαστον νόσημα ἀνταγωνίσασθαι· γνῶναι οὖν χρὴ τῶν παθέων τῶν τοιουτέων τὰς φύσιας, ὁκόσον ὑπὲρ τὴν δύναμίν εἰσι τῶν σωμάτων· ἅμα δὲ καὶ εἴ τι θεῖον ἔνεστιν ἐν τῇσι νούσοισι, καὶ τούτου τὴν πρόνοιαν ἐκμανθάνειν· οὕτω γὰρ ἂν θαυμάζοιτό τε δικαίως, καὶ ἰητρὸς ἀγαθὸς ἂν εἴη· καὶ γὰρ οὓς οἷόν τε περιγίνεσθαι, τούτους ἔτι μᾶλλον δύναιτ' ἂν ὀρθῶς διαφυλάσσειν, ἐκ πλείονος χρόνου προβουλευόμενος πρὸς ἕκαστα· καὶ τοὺς ἀποθανουμένους τε καὶ σωθησομένους προγινώσκων τε καὶ προαγορεύων, ἀναίτιος ἂν εἴη.

Quandoquidem homines moriuntur, alij priusquàm medicum vocent, præ violentia morbi: alij etiam accito medico, derepente vita decedunt, quidam vbi vnam vixerunt diem, quidam tempore paulò diuturniore, ante quàm medicus per artem aduersus morbos repugnet. Itaque nosse oportet, talium affectionum naturas quantum corporis vires excedunt. Simul verò etsi quid diuini in morbis inest, etiam huius prænotionem ediscere. Ita enim meritò admirationi fuerit, vtpote ex multo tempore singula consultò perpendens, ac ita morituros victurósque præsentiens atque denuncians, omnem prorsus calumniam vitabit.

Prouidentia, dicta quòd aliquid antè videatur quàm fiat, in anima est nostra, vt præsensio. Hæc prædictionem quæ per vocem efficitur, antecedit: Nam quæ in anima sumus opinati, ea demùm nos prædicere posse constat. Quis enim futura prædicere valeat, nisi ea præcognouerit? præcognoscimus autem ex iis quæ plerunque obseruata sunt: imbres siquidem siccitatésque, & frigora, & æstus, & ventos, quibusdam ex signis præsentiunt etiam nauium rectores & rustici. Apud Vergilium rubens luna signum est venti: & cornicum garritus, obstreperaq; ranarum querelæ,

pluuiæ.

pluuia. Denique quid vesper serus vehat, vnde serenas ventus agat nubes: quid cogitet humidus auster, Sol tibi signa dabit. Medici, si Hyems squallida & aquilonia fuerit, Ver verò pluuiosum, febres acutas Æstate fore coniectant, & alia mala quæ nos ob circunflui aeris causam infestare solent, præsentiunt. Quare medicum (vt prædicere possit exitum morborum, qui magna ex parte causas ex qualitate cœli trahunt, aut ab ambientis nos aeris conditione dependent) cœli & temporis rationem tenere oportet. Hoc est quod Hippocrates diuinum in morbis esse putauit. Causa nimirum admirabilis, obscura, nec vllo sensu comprehensa, ab ipso diuina nuncupatur, quæ toto confusa aëre ex primis qualitatibus non constat, neque ex illis proficiscitur. sed cùm sit sublimioris ac cœlestis cuiusdam originis, vim ad progignendos morbos maximam habet. Ex horum atque similium præsensione prædictionéve existimans æger medicum agnoscere naturam ægrotationis, in spem erigitur, ac se exhibet obsequentem. Porrò obsequio parentis ægri, & consilio benè monentis medici, facilè dispellitur morbus qui adest, aut qui futurus imminet præcauetur, modò ne sit ita desperatus, vt nulla ope sanari posse videatur: nam, vt ait Poeta,

Non est in medico semper releuetur vt æger,
Interdum medica plus valet arte malum.

Quare medicus naturam affectuum præsentiens, ac inde reualituros aut morituros prædicens, non solùm à crimine interempti ægri vindicabitur, sed vt fidus meritò commendabitur, omnesq́ue in admirationem sui concitabit.

De signis ex vultu.

CAP. III.

Σκέπτεσθαι δὲ χρὴ ὧδε· ἐν τοῖσιν ὀξέσι νοσήμασι, πρῶτον μὲν τὸ πρόσωπον τοῦ νοσέοντος, εἰ ὅμοιόν ἐστι τοῖσι τῶν ὑγιαινόντων· μάλιστα δὲ, εἰ αὐτὸ ἑωυτῷ. οὕτω γὰρ ἂν εἴη ἄριστον· τὸ δ' ἐναντιώτατον τοῦ ὁμοίου, δεινότατον. εἴη δ' ἂν τὸ τοιόνδε· ῥὶς ὀξεῖα, ὀφθαλμοὶ κοῖλοι, κρόταφοι ξυμπεπτωκότες, ὦτα ψυχρὰ καὶ ξυνεσταλμένα, καὶ οἱ λοβοὶ τῶν ὤτων ἀπεστραμμένοι, καὶ τὸ δέρμα τὸ περὶ τὸ μέτωπον σκληρόν τε καὶ περιτεταμένον, καὶ καρφαλέον ἐὸν, καὶ τὸ χρῶμα τοῦ ξύμπαντος προσώπου χλωρόν τε, ἢ καὶ μέλαν ἐὸν, καὶ πελιὸν, ἢ μολιβδῶδες, ἢν μὲν οὖν ἐν ἀρχῇ τῆς νούσου, τὸ πρόσωπον τοιοῦτον ᾖ, καὶ μήπω οἷόν τε ᾖ τοῖσιν ἄλλοισι σημείοισι ξυντεκμαίρεσθαι, ἐπανέρεσθαι χρὴ, μὴ ἠγρύπνησεν ἄνθρωπος, ἢ τὰ τῆς κοιλίης ἐξυγρασμένα ᾖ ἰσχυρῶς, ἢ λιμῶδές τι ἔχῃ αὐτόν. κἢν μέν τι τουτέων ὁμολογῇ, ἧσσον νομίζειν δεινὸν εἶναι. κρίνεται δὲ τὰ τοιαῦτα ἐν ἡμέρῃ τε καὶ νυκτὶ, ἢν διὰ ταύτας τὰς προφάσιας τὸ πρόσωπον τοιοῦτον ᾖ. ἢν δὲ μηδὲν τουτέων φῇσιν εἶναι, μηδὲ ἐν

τῷ

τῷ χρόνῳ τῷ προειρημένῳ καταστῇ, εἰδέναι χρὴ ἐγγὺς ἐόντα τοῦ θανάτου. ἢν δὲ καὶ παλαιοτέρου ἐόντος τοῦ νοσήματος, ἢ τριταίου, τὸ πρόσωπον τοιοῦτον ᾖ, περὶ τούτων ἐπανέρεσθαι περὶ ὧν καὶ πρότερον ἐκέλευσα, Καὶ τἄλλα σημεῖα σκέπτεσθαι, τά τε ἐν τῷ ξύμπαντι προσώπῳ, τά τε ἐν τῷ σώματι, καὶ τὰ ἐν τοῖσιν ὀφθαλμοῖσιν.

Considerare porrò hoc modo conuenit in morbis acutis: Primum quidem faciem ægroti, sit ne similis sanorum, maximè verò an ipsa sibi ipsi, ita enim optima fuerit: Si verò maximè contraria simili fuerit, horrendissima est. Talis autem fuerit: nasus acutus, oculi concaui, tempora collapsa, aures frigidæ ac contractæ, & extremitates earum auersæ, & cutis circa frontem dura, & circum tenta, ac arida, & color totius faciei pallidus, aut etiam niger, aut liuidus, aut plumbeus. Siquidem igitur in principio morbi facies talis fuerit, & nondum ex aliis coniecturam facere licuerit, interrogare oportet, num vigilauerit homo, aut alui excrementa valdè liquida sint, aut fames aliqua ipsum teneat. Et si quidem horum aliquid confiteatur, minus graue esse putandum est: iudicantur autem talia per diem ac noctem, si ob has causas facies talis fuerit. Si verò nihil

horum esse dicat, neque prædicto tempore destiterit, nosse conuenit morti proximum esse. At si vetustiore existente morbo, aut triduano, aut quatriduano, talis fuerit facies, de his interrogare oportet de quibus etiam prius iussi: iténique alia signa considerare & in vniuersa facie, & in corpore, & in oculis.

Signa quæ sumuntur à vultu, vt primùm se medico offerunt ad ægrũ admisso, ita vim maximam & ad prædicendum & ad curandum obtinent. Quanto plus enim aut minus à naturæ forma recessit vultus, tanto plus aut minus prauus exstit, tantoq́ue faciliorem aut difficiliorem curãdi rationem fore portendit: atque eo periculi plus habet id formæ vitium, si contractum non est ab aliqua causa exterius euidẽte, vt ab insomnia, alimenti inopia, aut alui fluore. Nam si non inde est, consumptio talis exstit ob morbi malignitatẽ.

De signis ex oculis.

CAP. IV.

Ην γὰρ τὴν αὐγὴν φεύγωσιν, ἢ δακρύωσιν ἀ-
προαιρέτως, ἢ διαστρέφωνται, ἢ θάτερος θατέρου ἐ-
λάσσων γίνηται, ἢ τὰ λευκὰ ἐρυθρὰ ἴσχωσιν, ἢ πε-
λιὰ φλέβια ἢ μέλανα ἐν αὐτέοισιν ἔχωσιν, ἢ λῆ-
μαι φαίνωνται περὶ τὰς ὄψιας, ἢ καὶ ἐναιωρεύμενοι
ἢ ἐξίσχοντες, ἢ ἔγκοιλοι ἰσχυρῶς γινόμενοι, ἢ αἱ ὄ-

ψιε

ψιες αὐχμῶσι καὶ ἀλαμπέες, ἢ τὸ χρῶμα τοῦ ξύμπαντος προσώπου ἠλλοιωμένον ᾖ, ταῦτα πάντα κακὰ νομίζειν, καὶ ὀλέθρια εἶναι. Σκοπεῖν δὲ χρὴ καὶ τὰς ὑποφάσιας τῶν ὀφθαλμῶν ἐν τοῖσιν ὕπνοισιν. ἢν γάρ τι ὑποφαίνηται τοῦ λευκοῦ, τῶν βλεφάρων μὴ ξυμβαλλομένων, μὴ ἐκ διαῤῥοίης, ἢ φαρμακοποσίης ἐόντι, ἢ μὴ εἰθισμένῳ οὕτω καθεύδειν, φλαῦρον τὸ σημεῖον, καὶ θανατῶδες λίαν. Ην δὲ καμπύλον ἢ ῥικνὸν γένηται, ἢ πελιὸν, ἢ ὠχρὸν βλέφαρον, ἢ χεῖλος, ἢ ῥὶς, μετά τινος τῶν ἄλλων σημείων, εἰδέναι χρὴ, ἐγγὺς ἐόντα θανάτου. Θανατῶδες δὲ καὶ χείλεα ἀπολυόμενα, καὶ κρεμασμένα καὶ ψυχρὰ, καὶ ἔκλευκα γινόμενα.

Si enim lucem fugiant, aut inuoluntariè illacryment, aut distorqueantur, aut alter altero fiat minor, aut albas partes rubentes habeant, aut venulas liuidas aut nigras in ipsis habeant, aut sordes circa oculos appareant, aut etiam instabiles, aut eminentes, aut caui vehementer facti, aut squallentes & obscuri fuerint, vel totius color euariet vultus: hæc omnia mala & perniciosa esse putandum est. Considerare verò conuenit etiam oculorum subapparitiones in somnis. Si enim albæ quid partis subapparuerit palpebris non commissis, si id non ex alui profluuio, aut medicamenti potione fuerit, aut ægrotus non ita dormire consueuerit,

malum signum & valdè lethale est. Lethale etiam si contracta fiat palpebra, liuida, aut pallida, si labia aut nasus resoluta & pendentia, & frigida, & albicantia facta sint cum aliquo ex aliis signis, morti proximum esse sciendum est.

Hæc indicia sumpta ab oculis pessima quidem sunt, omnia si concurrant, mala etiam singula, sed pro quantitate contrarietatis minus aut magis exitiosa censeri debent. Oculorum etiam album commissis palpebris apparens inter dormiendum, exitium præ se fert, extremam enim imbecillitatem facultatis, palpebras mouentis ostendit. Quiddam simile conijci potest ex contracta palpebra & labijs.

Decubitus ægri.

CAP. V.

Κεκλιμένον δὲ χρὴ καταλαμβάνεσθαι τὸν νοσέοντα ὑπὸ τοῦ ἰητροῦ, ἐπὶ τὸ πλευρὸν τὸ δεξιὸν, ἢ τὸ ἀριστερὸν, καὶ τὰς χεῖρας, καὶ τὸν τράχηλον, καὶ τὰ σκέλεα ὀλίγον ἐπικεκαμμένα ἔχοντα, καὶ τὸ ξύμπαν σῶμα ὑγρὸν κείμενον. οὕτω γὰρ καὶ οἱ πλεῖστοι τῶν ὑγιαινόντων κατακλίνονται.

Ἄρισται δέ εἰσι τῶν κατακλίσεων αἱ ὅμοιαι τῇσι τῶν ὑγιαινόντων· ὕπτιον δὲ κεῖσθαι, καὶ τὰς χεῖρας, καὶ τὸν τράχηλον, καὶ τὰ σκέλεα ἐκτεταμένα ἔχοντα, ἧσσον ἀγαθόν.

Εἰ δὲ καὶ προπετὴς γίνοιτο, καὶ καταφέροιτο ἀπὸ τῆς κλίνης ἐπὶ πόδας, δεινότερόν ἐστιν.

Εἰ δὲ καὶ γυμνοὺς τοὺς πόδας εὑρίσκοιτο ἔχων μὴ θερμοὺς κάρτα ἐόντας· καὶ τὰς χεῖρας, καὶ τὸν τράχηλον, καὶ τὰ σκέλεα ἀνωμάλως διερριμμένα καὶ γυμνά, κακόν· ἀλυσμὸν γὰρ σημαίνει.

Θανατῶδες δὲ, καὶ τὸ κεχηνότα καθεύδειν αἰεὶ, καὶ τὰ σκέλεα ὑπτίου κειμένου ξυγκεκαμμένα εἶναι ἰσχυρῶς, καὶ διαπεπλεγμένα.

Decumbentem ægrotum à medico deprehendi conuenit, in latus dextrũ aut ſiniſtrũ, & manus, & collum, & crura modicè inflexa habentem, & totum corpus flexibile ſitum. Ita enim plurimi ex ſanis decumbunt.

Optimi autem ſunt decubitus qui ſanorum decubitibus ſimiles exiſtunt. At verò ſupinum iacere, & manus, & collum, & crura extenta habere minus bonum eſt. Si verò etiam pronus fiat, & de lecto ad pedes delabatur, magis horrendum eſt.

Si verò nudos quoq; pedes habere comperiatur, nec admodum calidos: & manus, & collum, ac crura inæqualiter deflecta, ac nuda, malũ eſt. anxietatem enim ſignificat.

Lethale autem eſt, & hiantem ſemper dormire: & crura ſupini iacentis valde incuruata eſſe ac complicata.

Decubitus in latus, robur indicat facultatis per musculos firmantis corpus, quomodo rursus debilitatem, vbi cubare in latus non possit æger. Qua in re quæ peculiaria sunt ægrotis, consideranda. Si enim offendas ægrum vt plerisque benè valentium vsuuenit, cubantem, laudabis talem iacentis habitum: Si verò contrario modo reperias decumbentem, non conuenit statim horrere quasi malum indicium, sed requirere vtrum in consuetudine sit talis ægro figura. Nam consueta cùm in naturam penè transierunt, ea vt minus officere solent, ita non adeò magnum malum portendunt: Quamuis extentis & manibus, & cruribus, supinus qui cubet, non possit alicuius boni significationem vllam exhibere, minorem qui de lecto ad pedes deuoluitur, & qui manus & pedes disijcit, aut hianti ore dormit, tunc enim significatur extinctio quædam facultatis corpus regentis.

In ventrem decumbere quàm malum sit.

CAP. VI.

Ἐπὶ γαστέρα δὲ κεῖσθαι, ᾧ μὴ συνήθές ἐστι καὶ ὑγιαίνοντι οὕτω κοιμᾶσθαι, παραφροσύνην τινὰ σημαίνει, ἢ ὀδύνην τῶν ἀμφὶ τὴν κοιλίην τόπων.

Ἀνακαθίζειν δὲ βούλεσθαι τὸν νοσέοντα, τῆς νούσου ἀκμαζούσης, πονηρὸν μὲν ἐν πᾶσι τοῖς ὀξέσι νοσήμασι, κάκιστον δ' ἐν τοῖσι περιπνευμονικοῖσιν.

At

At in ventrem decumbere, ſi quis non ſit adſuetus dum ſanus fuit, ita dormire, delirium ſignificat, aut dolorem locorum circa ventrem.

Cæterùm erectum ſedere velle ægrum, in morbi vigore, in omnibus morbis acutis malum eſt: peſſimum autem in peripneumonicis.

Cubare in ventrem contra conſuetudinem aut delirium ſignificat, aut dolorem quendam qui circa tales partes fatiget. Cæterùm in morbi vigore cùm ament omnes acuto morbo laborantes immoti cubare, & ſi quis eos excitet, ægrè ferant, arbitrare propter vehementem ſpirandi difficultatem, aut inquietationem, aut delirium, ægrum poſtulare vt erectus ſedeat.

Stridor dentium in febribus quid portendat.

CAP. VII.

Ὀδόντας δὲ πρίειν ἐν πυρετοῖσιν, ὁκόσοισι μὴ ξυνήθές ἐστιν ἀπὸ παίδων, μανικὸν καὶ θανατῶδες, ἀλλὰ προλέγειν ἀπ᾽ ἀμφοῖν κίνδυνον ἐσόμενον· ἢν δὲ καὶ παραφρονέων τοῦτο ποιῇ, ὀλέθριον γίνεται κάρτα ἤδη.

Dentibus ſtridere in febribus quibus non amiliare id eſt à pueris, furioſum ac letale ſt. Verum prædicere oportet ab vtriſque

periculum futurũ. Si verò etiam delirus hoc faciat, perniciosum valde iam existit.

Dentium stridor in febribus vel à mentis vehementi commotione, quæ futuri delirij est indicium, vel ab affecta neruorum origine existit, quæ mortem propè esse demonstrat, atq; eò magis si cum stridore præsens concurrat delirium.

De signis ex vlcere.

CAP. VIII.

Ελκος δὲ ἤν τε καὶ προγεγονὸς τύχῃ ἔχων, ἤν τε καὶ ἐν τῇ νούσῳ γένηται, καταμανθάνειν δεῖ· ἢν γὰρ μέλλῃ ἀπόλλυσθαι ὁ ἄνθρωπος, πρὸ τοῦ θανάτου, πελιδνόν τε καὶ ξηρὸν ἔσται, ἢ ὠχρόν τε καὶ ξηρόν.

Vlcus autem siue prius factum fuerit, siue in morbo accesserit, considerare oportet. Si enim moriturus est homo, ante mortem liuidum ac siccum erit, aut etiam pallidum & siccum.

Facultas corpus nutriens si debilis habeatur, siccum relinquetur vlcus, nec vllus color in eo certus manebit, sed pro diuersitate humorum redundantium euariabit, à bilioso croceum, ab atrabiliario liuidum aut viride erit, sicut à pituita pallidum.

Gesticulatio manuum quid significet.

CAP. IX.

Περὶ δὲ χειρῶν φορῆς, τάδε γινώσκω· ὁκόσοισιν ἐν πυρετοῖσιν ὀξέσιν, ἢ περιπλευμονίῃσιν, ἢ ἐν φρενίτισιν, ἢ ἐν κεφαλαλγίῃσι, περὶ τοῦ προσώπου φερομένας καὶ θηρευούσας διὰ κενῆς, καὶ ἀποκαρφολογούσας, καὶ κροκύδας ἀπὸ τῶν ἱματίων ἀποτιλλούσας, καὶ ἀπὸ τοῦ τοίχου ἄχυρα ἀποσπώσας, πάσας εἶναι κακὰς καὶ θανατώδεας.

At verò de manuum motione ita ſentio, quæ in febribus acutis, aut peripneumoniis, aut in phrenitide, aut capitis dolore, ante faciem feruntur, & fruſtra venantur, & feſtucas legunt, & floccos de veſtibus euellũt, & de pariete paleas detrahunt, eas omnes malas & lethales eſſe.

Geſticulationes manuum deprauatæ ob imaginationem fiunt, illi ſimilem quæ per ſuffuſiones oculorum contingit. Fit enim vt per cruditates exhalantibus ad caput humoribus craſſis, viſa quædam appareant: Si enim reſtitit humor craſſus, aut niger, prohibens digredi foras viſorium ſplendorem, ibi viſa pro natura humoris conſiſtunt, quæ interdum pilorum aut ſubtegminis, aut ſtaminis, quandoque culicis, aut muſcæ ob os volitantis, aut lentis, aut milij, aut feſtucarum ſpeciem repræſentant. Humor enim in

oculo mundus concipit illam exhalationem, quæ vbi perturbatur, non mirum si visa appareant, quæ non nisi cruditatem humorum, morbi magnitudinem, & naturæ perturbationem consequuntur.

Spiratio. CAP. X.

Πνεῦμα δὲ πυκνὸν μὲν ἐὸν, πόνον σημαίνει, ἢ φλεγμονὴν ἐν τοῖσιν ὑπὲρ τῶν φρενῶν χωρίοισι· μέγα δὲ ἀναπνεόμενον καὶ διὰ πολλοῦ χρόνου, παραφροσύνην δηλοῖ. ψυχρὸν δὲ ἐκπνεόμενον ἐκ τῶν ῥινῶν καὶ τοῦ στόματος, ὀλέθριον κάρτα ἤδη γίνεται.

Εὔπνοιαν δὲ χρὴ νομίζειν κάρτα μεγάλην δύναμιν ἔχειν εἰς σωτηρίην ἐν ἅπασι τοῖσιν ὀξέσι νοσήμασιν, ὅσα ξὺν πυρετοῖσιν ἐστὶ, καὶ ἐν τεσσαράκοντα ἡμέρῃσι κρίνεται.

Spiritus densus dolorem significat aut inflammationem, in locis supra septum transuersum: qui verò magnus expiratur, & per multum temporis interuallum, delirium indicat. Si verò frigidus è naso & ore expiretur, valde iam perniciosus est.

Bonam autem spirationem valde magnam vim habere ad salutem, in omnibus acutis morbis putare conuenit, qui cum febribus sunt, & in quadraginta diebus iudicantur.

Spi-

Spiratio frequens & eadem parua, significat dolorem: crebrior autem, & magna, inflammationem etiam partium supra septum transuersum positarum, quæ sunt cor & pulmo. At verò rara spiratio, hoc est, multò interposito tempore facta, si magna est, indicat delirium, quasi obliuiscente actionum ægro: Si parua, adeo vt sensum effugiat, extinctionem caloris naturalis: quod percipietur ex habitu frigide oris & narium. In summa, spirandi facilitas optimum cùm vbique præbet indicium, tum præsertim in acutis. Spiratione siquidem integra manente, natiuus calor superesse demonstratur, qui solus vel à medico adiutus, vrgenti malo repugnare sufficiat.

Sudores. CAP. XI.

Οἱ δὲ ἱδρῶτες, ἄριστοι μέν εἰσιν ἐν πᾶσι τοῖς ὀξέσι νοσήμασιν, ὁκόσοι ἐν ἡμέρῃσί τε κρισίμοισι γίνονται, καὶ τελείως τὸν πυρετὸν ἀπαλλάττουσιν. ἀγαθοὶ δὲ καὶ ὁκόσοι διὰ παντὸς τοῦ σώματος γινόμενοι, ἀπέδειξαν τὸν ἄνθρωπον εὐπετέστερον φέροντα τὸ νόσημα. οἳ δ' ἂν μὴ τοιοῦτόν τι ἐργάσωνται, οὐ λυσιτελέες· κάκιστοι δὲ οἱ ψυχροί τε καὶ μοῦνον περὶ τὴν κεφαλήν τε καὶ τὸ πρόσωπον γινόμενοι καὶ τὸν αὐχένα. οὗτοι γὰρ ξὺν μὲν ὀξεῖ πυρετῷ θάνατον προσημαίνουσι. ξὺν δὲ πρηϋτέρῳ, μῆκος νούσου.

Sudores optimi sunt in omnibus acutis morbis, qui in diebus iudicatoriis fiunt, &

febrem perfectè submouent. Boni verò sunt, qui per totum corpus fiunt, & hominem facilius morbum ferre faciunt. Qui verò tale quid non effecerint, incommodi sunt. Pessimi autem sunt frigidi, & qui tantum circa caput & faciem fiunt, & circa ceruicem. Hi enim cum acuta quidem febre mortem præsignificant, cum mitiore verò longitudinem morbi.

Sudor post coctionem in die decretorio modicè calidus, ex toto manans corpore per cutis spiracula, solutorius est, aut huiusmodi, ut ex eo meliusculè habeat æger: huic diuersus non est utilis. Frigidus autem sudor, qui sic è corpore fluit, crassitiem materiæ quæ non facilè discuti, aut à calore vinci queat, præ se fert: ideoq́ longitudinem morbi, si cum mitiori est febre: si verò cum acuta, mortem significat.

Signa ex hypochondriis.

CAP. XII.

Ὑποχόνδριον δὲ, ἄριστον μὲν, ἀνώδυνόν τε ἐὸν, καὶ μαλθακὸν καὶ ὁμαλὸν, καὶ ἐπὶ δεξιὰ, καὶ ἐπ' ἀριστερά. φλεγμαῖνον δὲ, ἢ ὀδύνην παρέχον, ἢ ξυντεταμένον, ἢ ἀνωμάλως διακείμενα τὰ δεξιὰ πρὸς τὰ ἀριστερὰ, ταῦτα πάντα φυλάσσεσθαι χρή. εἰ δὲ καὶ σφυγμὸς ἐνείη ἐν τῷ ὑποχονδρίῳ, θόρυβον σημαίνει, ἢ παραφροσύνην.

Ἀλλὰ τοὺς ὀφθαλμοὺς ἐπικατιδεῖν τῶν τοιουτέων·

τέων· ἢν γὰρ αἱ ὄψιες πυκνὰ κινέωνται, μανῆναι τούτους ἐλπίς.

Hypochondria ſaluberrima ſunt ſi dolore vacant, ſi mollia & æqualia ſunt dextra ac ſiniſtra parte. Si verò inflammatione vexantur, aut dolore, aut intenta ſunt, aut inæqualiter affecta dextra ac ſiniſtra parte, hæc omnia animaduertenda ſunt. Si verò pulſus in hypochondriis inſit, perturbationem ſignificat aut delirium. Verùm oculos talium intueri oportet, ſi enim oculi frequenter moueantur, furioſos hos fore timor eſt.

Docet quid medico prædicendum ſit ex hypochondrijs, aut naturæ ſimillimis, aut ijſdem inflammatione tentatis, mollibus, intentis & renitentibus, atque adeò inæqualiter affectis, opponendo ſaluberrimis peſſimorum & inæqualium ſigna. Nam vt cenſentur ſalubria quæ ſunt naturæ ſimilia, ſic tantò ſunt deteriora quantò magis à naturæ ſimilitudine recedunt. In horum regione pulſantes ſubſultantés ve arteriæ, perturbationis aut delirij periculum adeſſe denunciant: Quod magis pro certo firmabis, ſi oculi vagi appareant & inſtabiles.

Tumor in hypochondriis.

CAP. XIII.

Οἴδημα δὲ ἐν τῷ ὑποχονδρίῳ σκληρόν τε ἐὸν καὶ

ἐπικίνδυνον, κάκιστον μὲν, εἰ παρὰ πᾶν εἴη τὸ ὑποχόνδριον. εἰ δὲ εἴη ἐν τῷ ἑτέρῳ μέρει, ἀκινδυνώτερον ἐστιν ἐν τῷ ἐπ' ἀριστερά.

Σημαίνει δὲ τὰ τοιαῦτα οἰδήματα, ἐν ἀρχῇ μὲν θάνατον ὀλιγοχρόνιον ἔσεσθαι· ἢν δὲ ὑπερβάλλῃ εἴκοσιν ἡμέρας ὅ, τε πυρετὸς ἔχων, καὶ τὸ οἴδημα μὴ καθιστάμενον, ἐς διαπύησιν τρέπεται.

Γίνεται δὲ τουτέοισιν ἐν τῇ πρώτῃ περιόδῳ, καὶ αἵματος ῥῆξις ἐκ τῶν ῥινῶν, καὶ κάρτα ὠφελέει.

Ἀλλ' ἐπανερωτᾶν χρὴ, εἰ τὴν κεφαλὴν ἀλγέουσιν, ἢ ἀμβλυωποῦσιν. ἢν γάρ τι τοιοῦτον εἴη, ἐνταῦθα ῥέπει. μᾶλλον δὲ τοῖσι νεωτέροισι πέντε καὶ τριήκοντα ἐτέων, τὴν τοῦ αἵματος ῥῆξιν προσδέχεσθαι χρή.

Τὰ δὲ μαλθακὰ τῶν οἰδημάτων, καὶ ἀνώδυνα, καὶ τῷ δακτύλῳ ὑπείκοντα, χρονιωτέρας τὰς κρίσιας ποιέεται, καὶ ἧσσον ἐκείνων δεινότερά ἐστιν. εἰ δὲ ὑπερβάλλει ἑξήκοντα ἡμέρας, ὅ, τε πυρετὸς ἔχων, καὶ τὸ οἴδημα μὴ καθίσταται, ἔμπυον ἔσεσθαι σημαίνει. καὶ τοῦτο, καὶ τὸ ἐν τῇ ἄλλῃ κοιλίῃ κατὰ τωὐτό. ὁκόσα μὲν οὖν ἐπώδυνά τε ἐστὶ, καὶ σκληρὰ, καὶ μεγάλα, σημαίνει κίνδυνον θανάτου ὀλιγοχρονίου. ὁκόσα δὲ μαλθακά τε καὶ ἀνώδυνα, καὶ τῷ δακτύλῳ πιεζόμενα ὑπείκει, χρονιώτερα ἐκείνων.

Τὰς δὲ ἀποστάσιας ἧσσον τὰ ἐν τῇ γαστρὶ οἰδήματα ποιέεται, τῶν ἐν τοῖσιν ὑποχονδρίοισιν· ἥκιστα δὲ τὰ ὑποκάτω τοῦ ὀμφαλοῦ εἰς ἀποπύησιν τρέπεται. αἵματος δὲ ῥῆξιν ἐκ τῶν ἄνω τόπων μάλιστα προσδέχεσθαι.

Ἀπάν-

Ἁπάντων δὲ χρὴ τῶν οἰδημάτων χρονιζόντων περὶ ταῦτα τὰ χωρία, ἀποσκέπτεσθαι τὰς ἐκπυήσιας. τὰ δὲ διαπυήματα ὧδε δεῖ σκέπτεσθαι, τὰ ἐντεῦθεν. ὁκόσα μὲν ἔξω τρέπεται, ἄριστά ἐστι, μικρά τε ἐόντα, καὶ ὡς μάλιστα ἐκκλίνοντα ἔξω, καὶ ἐς ὀξὺ ἀποκυρτούμενα· τὰ δὲ μεγάλα τε ἐόντα καὶ πλατέα, καὶ ἥκιστα ἐς ὀξὺ ἀποκορυφούμενα, κάκιστα. ὅσα δὲ εἴσω ῥήγνυται, ἄριστά ἐστιν, ἃ μηδὲν τῷ ἔξω χωρίῳ ἐπικοινωνέει, ἀλλ' ἔστι προσεσταλμένα τε καὶ ἀνώδυνα, καὶ πᾶν τὸ ἔξω χωρίον, ὁμόχροον φαίνεται.

Tumor in præcordio durus exiſtens & doloroſus, peſſimus quidem eſt ſi per totum fuerit præcordium: ſi verò fuerit in altera parte, minus periculoſus eſt in ſiniſtra.

Significant autem eiuſmodi tumores, in principio quidem, mortem breui aſtuturam: ſi verò viginti dies tranſgrediatur, tum febris detinens, tum tumor non conſidens ad ſuppurationem conuertitur.

Contingit autem his in primo circuitu, etiam ſanguinis eruptio è natibus, & valde prodeſt.

Verum interrogare conuenit, an caput doleant, aut hebetem viſum habeant. Si nim horum quid fuerit, ad eum locum reit. magis tamen in iunioribus v. ac xxx. anis ſanguinis eruptionem expectare conenit.

Molles verò tumores, & doloris expertes, & digito cedentes diuturniores iudicationes faciunt, & minus illis ſunt horrendi. Si tranſgreditur LX. dies febris detinens, & tumor non conſidit, ſuppuratum ſignificat & hunc & eum qui in reliquo ventre eſt eodem modo. Qui igitur tumores doloroſi ſunt, duri, & magni, periculum mortis breui affore ſignificant: at qui molles, & doloris expertes ſunt, & digito compreſſi cedunt, diuturniores illis ſunt.

Cæterum tumores in ventre minus faciunt abſceſſus, iis qui ſunt in præcordiis. Minimè verò qui ſub vmbilico ſunt ad ſuppurationem conuertuntur. at ſanguinis eruptio, ex ſupernis locis maximè expectanda.

Omnium autem tumorum diuturnorum circa hos locos, ſuppuratio conſideranda. Sunt autem ſuppurationes, quæ hinc fiunt, hoc modo conſiderandæ: quæ extra vertuntur, optimæ ſunt, eæq; paruæ, & quam maximè foras eminentes, & in acutum faſtigiatæ: quæ verò magnæ ſunt, & latæ, & minimè in acutum faſtigiatæ, eæ peſſimæ: quæ verò intro rumpuntur, optimæ ſunt, quæ nil cum externo loco communicant: ſed ſunt contractæ, & ſine dolore, & totus externus locus concolor apparet.

Tumor

Tumor in hypochondriis præter naturam, cum dolore quem phlegmonem appellant, si dextra affligat parte, periculosior est, propter hepar: mitior, si sinistra, propter lienem: exitiosissima si vtraque lacessit: adeo vt si intimum aliquod inde viscus afficiatur, vita non sit in tuto. Mollis autem tumor, nec dolens, quem œdema vocant, diutius immoratur, quia frigidior est: Calore enim concoctio perficitur, sed minori cum periculo est, quia dolore vacat, dolor siquidem vires exoluit. Verùm vt calidiorem illum tumorem dolentem si febris non desinat vigesimo die, in suppurationem verti dicit: ita huic frigido, suppurationis limitem ponit sexagesimum diem. Si qui sint inter hos medij tumores, quadragesimum diem habent terminum suppurationis suæ. Suppuratio verò non est aliud quàm tumoris aut inflammationis ad pus transmutatio, quæ quia multiplex est, ea minus mala censetur, quæ foras non intrò tendit, quæ non in multam est latitudinem extenta, quæ in sublime effertur coni formam referens, hæc enim robur foras expellentis indicat facultatis: Quæ autem intrò rumpitur, deterior est omnino quàm quæ foras ad cutim mouetur: hæc enim eruptio intrò in partes nobiliores fit, non facilè medicamentum admittit, pus secretum mordicat internas partes, committit intestinorum difficultates, alimoniæ vitiat diductionem,

atque ventriculi concoctionem debilitat. Mala quidem est hæc suppuratio: sed ea quæ introrsum rumpitur, atque extrorsum cùm malum habeat geminatum, aliis omnibus est deterior.

De signis puris. CAP. XIV.

Τὸ δὲ πῦον, ἄριστον λευκόν τε εἶναι, καὶ ὁμαλὸν, καὶ λεῖον, καὶ ὡς ἥκιστα δυσῶδες· τὸ δὲ ἐναντίον τουτέου, κάκιστον.

Pus optimum est album, læue, æquale, & quàm minimè graueolens: quod verò huic contrarium est, pessimum est.

Tres in corpore humano fiunt alterationes: Vna exquisitè secundùm naturam, qua cibi in cremorem nutritioni aptum vertuntur: Altera contraria huic, præter naturam, qua computrescunt omnia, & sanguis (deuicta à fluxione natura) in peregrinam quandam qualitatem peruenit, vnde abscessus mali, corruptela partium & mortificationes: At tertia, quæ suppurationes comitatur & pus generat, medium inter has obtinet locum, neque à solo calore extra naturam, neque à solo secundùm naturam facta: Mixtus enim ex vtroque est calor inflammationis, & pus ex fluore seminali sanguinis ortum habēs ipsum, nec ex materia prorsus benigna peragitur, nec etiam omninò aliena. Nam materia illa sanguinea, ex qua in puris generatione assimilationem molitur natura,

tura, aliquid habet quod substantiæ similitudine effici potest familiare, cuius ratione, vicinæ phlegmonæ partes concoctionem aggrediuntur, atque ita in concoquendo natura laborat, vt assimilationem moliens putrefacienti causæ resistat, impediátque ne amplius in putrefaciendo pergat. Quæ in re superior ipsa coloris quidem assimilationem consecuta est, non autem substantiæ omnì ex parte, ob incidentem causam putrefacientem, quæ obstitit. Itaque pus non putredo simpliciter, sed concoctio dici potest, quæ in vnam speciem semper mutatur coloris & consistentiæ, & odoris. Optimum enim pus esse censetur crassum, sibi simile, candidum, & minime fœtidum. Illa verò putredo quæ euicta natura contingit, aut facultate ad vltimam debilitatem adducta, aut humore extremè prauo vincente, neque consistentiam habet, neque colorem vnum, neque odorem, sed putrescens humor semper variatur, ac in peiorem continue alias aliam qualitatem mutatur. Puris autem generatio sic fit: sanguis in partes laborantes decumbens (vt prouida natura solet afflictæ parti succurrere) ex vasis in tunicas earum desudat, ac vnicuique particulæ adiacenti roris modo immiscetur. Talis igitur sanguis dispersus in locis inflammatione affectis, vtpote extra conceptacula positus, cùm non possit ad pristinam remeare naturam, vel putrescit omnino, si calor na-

tiuus est imbecillus, vel permixta quædam alte-ratio fit, tum à causa naturali, tum ab ea quæ præter naturam est: naturalis enim causa conco-quit, causa præter naturam putrefacit: quæ in conflictu, si natura superior euaserit (euicta flu-xione contraria) hæc quicquid humoris in partem procubuit, vel perspiratu digeret, quæ curatio magis optanda est, vel concoquet: concoctione verò pus generabitur, quo tandem extra pulso à facultate alienorum expultrice, partes affectæ ad statum naturalem redibunt: sed si fluxio vicerit, corruptio sequetur victarum partium. Cæterùm ex iis causis tum conseruantibus, tum putrefa-cientibus, vtra præpolleat in inflammatione, si-gnum hoc erit manifestum, vincentis quidem causa conseruantis pus quale describit Hippocra-tes: putrefacientis autem, contrarium.

HIPPOCRATIS
PRÆNOTIONVM
LIBER SECVNDVS.

De aqua intercutem.

CAP. I.

Οἱ δὲ ὕδρωπες, οἱ ἐκ τῶν ὀξέων νοσημάτων πάν-τες κακοί. οὔτε γὰρ τοῦ πυρὸς ἀπαλλάσσουσι ἐπι-

πώδυνοί τε εἰσὶ κάρτα καὶ θανατώδεες. ἄρχονται δὲ οἱ πλεῖστοι ἀπὸ τῶν κενεώνων καὶ τῆς ὀσφύος. οἱ δὲ ἀπὸ τοῦ ἥπατος.

Οἷσι μὲν οὖν ἀπὸ τῶν κενεώνων καὶ τῆς ὀσφύος αἱ ἀρχαὶ γίνονται, οἵ τε πόδες οἰδέουσι, καὶ διάρροιαι πολυχρόνιοι ἔχουσιν, οὔτε τὰς ὀδύνας λύουσαι τὰς ἐκ τῶν κενεώνων καὶ τῆς ὀσφύος, οὔτε τὴν γαστέρα λαπάσσουσαι. ὁκόσοισι δὲ ἀπὸ τοῦ ἥπατος ὕδρωπες γίνονται, βῆχές τε καὶ θυμὸς τούτοισιν ἐγγίνεται, καὶ οὐδέν τι ἀποπτύουσιν ἄξιον λόγου, καὶ οἱ πόδες οἰδέουσι, καὶ ἡ γαστὴρ οὐ διαχωρέει, εἰ μὴ σκληρά τε καὶ πρὸς ἀνάγκην, καὶ περὶ τὴν κοιλίην γίνονται οἰδήματα, τὰ μὲν ἐπὶ δεξιά, τὰ δ' ἐπ' ἀριστερά, ἱστάμενά τε καὶ καταπαυόμενα.

Κεφαλὴ δὲ, καὶ χεῖρες, καὶ πόδες ψυχρὰ ἐόντα, κακόν. τῆς τε κοιλίης, καὶ τῶν πλευρῶν, θερμῶν ἐόντων· ἄριστον δὲ καὶ ὅλον τὸ σῶμα, θερμόν τε ἐὸν, καὶ μαλθακόν.

Στρέφεσθαι δὲ χρὴ ῥηϊδίως τὸν ἀλγέοντα, καὶ ἐν τοῖσι μετεωρισμοῖσιν ἐλαφρὸν εἶναι· εἰ δὲ βαρὺς ἐὰν φαίνοιτο, καὶ τὸ ἄλλο σῶμα καὶ τὰς χεῖρας καὶ τοὺς πόδας, ἐπικινδυνότερον.

Εἰ δὲ πρὸς τῷ βάρει καὶ οἱ ὄνυχες καὶ οἱ δάκτυλοι πελιδνοὶ γίνονται, προσδόκιμος ὁ θάνατος παραυτίκα· μελαινόμενοι δὲ παντελῶς οἱ δάκτυλοι, καὶ οἱ πόδες, ἧσσον ὀλέθριοι τῶν πελιδνῶν εἰσίν.

Ἀλλὰ καὶ τἄλλα σημεῖα σκέπτεσθαι χρή· ἢν γὰρ εὐπετέως φέρων φαίνηται τὸ κακὸν, καὶ ἄλλο τι

τῶν προειρημένων πρὸς τουτέοισι τοῖσι σημείοισιν ὑποδεικνύῃ, τὸ νόσημα ἐς ἀπόστασιν τραπῆναι ἐλπίς· ὥστε τὸν μὲν ἄνθρωπον περιγενέσθαι, τὰ δὲ μελανθέντα τοῦ σώματος ἀποπεσεῖν.

Ορχιες δὲ καὶ αἰδοῖα ἀνεσπασμένα, πόνους ἰσχυροὺς σημαίνει, καὶ κίνδυνον θανατώδεα.

Aquæ porrò inter cutem, ex acutis morbis obortæ, omnes malæ ſunt; neque enim à febre liberant, & valde doloroſæ ſunt, ac letales. Incipiunt autem pleræque à laterum mollitie, & à lumbis: aliquæ verò etiam ab hepate.

Quibus igitur à laterum mollitudine & lumbis principia fiunt, his & pedes intumeſcunt, & alui profluuia diuturna ipſos tenent, quæ neque dolores ex laterum mollitudine ac lumbis ſoluunt, & ventrem molliunt. quibus verò ab hepate aquæ inter cutem oriuntur, his tuſſes tuſſiendique promptitudo accedit, & nihil memorabile expuunt, & pedes tument, & venter non egerit niſi dura, & coactus: & circa aluum fiunt tumores, aliqui in dextra, aliqui in ſiniſtra parte, tum conſiſtentes, tum conſidentes.

Caput autem & manus, & pedes, ſi frigida ſunt, malum eſt, vbi & venter, & latera calida ſunt: optimum verò eſt & totum corpus calidum eſſe, ac molle.

Con-

Conuerti autem facilè conuenit ægrotum, & in attollendo se leuem esse. Si verò grauis esse appareat, & reliquo corpore, manibus, & pedibus, magis periculosum est.

Si verò supra grauitatem vngues & digiti liuidi fiant, mors euestigio expectanda est: at si digiti ac pedes penitus nigrescant, minus perniciosi sunt quàm liuidi.

Verùm & alia signa considerare oportet. Si enim facile ferre videatur malum, & aliud quoddam ex salutaribus ad hæc signa subindicet, morbum ad abscessum verti spes est: ita vt æger quidem superstes mansurus sit, corporis verò partes nigræ factæ, casuræ.

Testes & pudenda reuulsa, dolores fortes significant, & periculum lethale.

Hydropis communis quadam causa est frustrata sanguificatio, quæ fit iecore vel per se affecto, vel per consensum. Nam iecur per magnas venas & neruos ventriculo & intestinis, & lieni copulatur, quæ dum afficiuntur, ipsum quoque affici par est. Sed vt intumescere pedes omnis aquæ inter cutem commune est, quia calor naturalis cùm sit in eis debilis, ob distantiam à corde, non potest digerere quod ad pedes est missum pro nutritione, vnde inflatio: Et quia sunt in loco decliuiori, humiditates aptæ sunt ad ipsos confluere: ita profluuium alui peculiare est ei Hydropi qui

fit intestinis, & mesenterio phlegmone laboranti-bus, irritatis scilicet ipsis ad excernendum, vel à bilis copia illuc demissa, vel quia non distribuitur alimentum, sed corrumpitur ob calorem partium quæ inflammatione vexantur. In hydrope autem qui ab hepate est, cùm neque intestina, neque me-saraicæ venæ affectæ sint, nec corruptum in ijs ali-mentum sit, non fiunt diarrhœæ, quinimo vix aliquid deijcitur, sed ipsius hepatis tumor incum-bens diaphragmati, & faciens angustiam pul-moni, tussiendi cupiditatem inducit, vnde nihil effatu dignum expuitur. Porrò si calentibus costis & ventre, externæ partes frigent, id mali signifi-cant in morbis acutis, parum sanguinis in totum corpus permeare, plurimum verò eius in ea parte qua inflammatione vexatur, includi, ac ob eam rem calorem ob & inflammationem augeri, qua pessima est constitutio. Ex qua econtrariò opti-mam eam esse cognosce, in qua corpus omne molle pariter & calidum æquè est. Summa verò totius præsagitionis est, morbi collatio cum ægri viri-bus: si enim morbus fortior est, æger omnino mo-rietur: Si debilior quam ægri vires, haudqua-quam morietur si modo nihil peccetur. Quemad-modum ferentes onera, aut grauati ab eis vix mo-uentur, aut si leuius appareat onus, innocuè fe-runt: ita sanitas, si fortis quidem fuerit, facilè corporis onus fert, vt haudquaquàm ad mouen-dum

dum corpus offendatur: si imbecilla est, vtpote grauata, vix corporis partes erigit. Grauitas enim partium præcipuum est indicium debilitatis facultatis: Cuius extinctæ signa etiam sunt vngues ac digiti liuidi, qui si nigrescunt, id fit, vel quia pars est mortificata, vel quia materia eò decumbit in abscessum. Cæterùm vitalis facultas deficiens præ dolore, ad suam contrahitur originem: ita fit vt partes eam comitatæ conuellantur, conuulsio autem hæc extinctionem significat.

De somno. CAP. II.

Περὶ δὲ ὕπνων, ὥσπερ καὶ κατὰ φύσιν σύνηθες ἡμῖν ἐστὶ, τὴν μὲν ἡμέρην ἐγρηγορέναι χρή· τὴν δὲ νύκτα, καθεύδειν.

Ἢν δὲ εἴη τοῦτο μεταβεβλημένον, κάκιον. ἥκιστα δ' ἂν λυπέοιτο, εἰ κοιμῷτο τὸ πρωῒ ἐς τὸ τρίτον μέρος τῆς ἡμέρης.

Οἱ δὲ ἀπὸ τουτέου τοῦ χρόνου ὕπνοι, πονηρότεροί εἰσι.

Κάκιστον δὲ μὴ κοιμᾶσθαι, μήτε τῆς νυκτὸς, μήτε τῆς ἡμέρης· ἢ γὰρ ὑπὸ ὀδύνης τε καὶ πόνων ἀγρυπνίη, ἢ παραφροσύνη ἔσται ἀπὸ τουτέου τοῦ σημείου.

Quod ad somnos attinet, quemadmodum secundum naturam consuetum nobis est, interdiu vigilare oportet, noctu dormire: Si verò hoc fuerit transmutatum, peius est. Minimè verò lædi æger poterit, si dor-

miat mane ad tertiam partem diei: qui verò ab hoc tempore fiunt somni, deteriores sunt. Pessimum autem est non dormire, neque noctu, neque interdiu: aut enim præ dolore & afflictionibus, vigiliæ adsunt, aut delirium aderit ab hoc signo.

Somni quantitatem ac durationem metietur optimè natura, & bona consuetudo. Verùm si diu noctúq; somnus interturbatur, ex insomnia magnum quoddam malum portendetur.

De deiectione. CAP. III.

Διαχώρημα δέ ἐστιν ἄριστον, τὸ μαλθακόν τε καὶ ξυνεστηκός. καὶ τὴν ὥρην, ἥν περ καὶ ὑγιαίνοντι ὑπεχώρει· πλῆθος δὲ πρὸς λόγον τῶν εἰσιόντων· τοιαύτης γὰρ ἐούσης τῆς διεξόδου, ἡ κάτω κοιλίη ὑγιαίνοι ἄν.

Εἰ δὲ εἴη ὑγρὸν τὸ διαχώρημα, ξυμφέρει μήτε τρύζειν, μήτε πυκνὸν εἶναι, καὶ κατ᾽ ὀλίγον ὑποχωρέειν· κοπιῇ γὰρ ὁ ἄνθρωπος, ὑπὸ τῆς ξυνεχέος ἐξαναστάσιος, καὶ ἀγρυπνείη ἄν.

Εἰ δὲ ἀθρόον πολλάκις διαχωρέει, κίνδυνος λειποθυμῆσαι. ἀλλὰ χρὴ κατὰ τὸ πλῆθος τῶν εἰσιόντων, ἢ δὶς, ἢ τρὶς τῆς ἡμέρης ὑποχωρέειν, τῆς δὲ νυκτὸς, ἅπαξ· πλείονα δὲ ἐπὶ τὸ πρωῒ, ὥς περ συνήθές ἐστι τῷ ἀνθρώπῳ.

Παχύνεσθαι δὲ χρὴ τὸ διαχώρημα, ἰούσης πρὸς κρίσιν τῆς νούσου· ὑπόπυῤῥον δὲ ἔστω, καὶ μὴ λίην δυσῶδες.

Επι-

Ἐπιτήδειον δὲ καὶ ἕλμινθας στρογγύλας διεξιέναι μετὰ τοῦ διαχωρήματος, πρὸς κρίσιν ἰούσης τῆς νούσου.

Δεῖ δὲ ἐν παντὶ τῷ νοσήματι, λιπαρὴν τὴν κοιλίην εἶναι, καὶ εὔογκον.

Egeſtio alui optima eſt, mollis & cohærens, & ſecundum horam, in qua etiam à ſano egerebatur. Iuxta copiam verò, pro ratione ciborum ingeſtorum. Tali enim contingente exitu, venter infernus ſanus fuerit.

Si verò liquida fuerit egeſtio, conducit neque ſtridere, neque frequentem eſſe, & paulatim ſuccedere. Delaſſatur enim homo ex frequenti deſeſſu, & vigilias vtique contraxerit.

Si verò ſæpe aceruatim egerit, periculum eſt ne in animi deliquium incidat. Quin & iuxta copiam ingeſtorum egerere oportet, bis aut ter in die, & noctu ſemel. Plura verò mane, quemadmodum in conſuetudine eſt homini.

Inſpiſſari autem oportet egeſtionem, morbo ad iudicationem tendente: ſit autem ſubfulua, & non valde graueolens.

Commodum eſt & lumbricos rotundos cum egeſtione prodire, morbo ad iudicationem tendente.

Oportet autem in omni morbo mollem

esse ventrem, & iusta mole præditum.

A consistentia, quantitate, & tempore quo deiectiones excernuntur, argumentum sumit optimæ deiectionis, quæ si mollis coactaque est, & eo tempore secreta quo secunda valetudine assueuit, pro copia ingesti cibi, ac subrufa, nec admodum graueolens, indicat nō solum inferiorem ventrem benè valere, sed nihil in eum aliundè, vt putà à iecore aut liene, defluere quod molestum sit.

Genera malarum egestionum.

CAP. IV.

Ὑδαρὲς δὲ κάρτα ἢ λευκὸν, ἢ χλωρὸν, ἢ ἐρυθρὸν ἰσχυρῶς, ἢ ἀφρῶδες διαχωρέειν· πονηρὰ ταῦτα πάντα.

Ἔτι δὲ πονηρὸν, καὶ σμικρόν τε ἐὸν, καὶ γλίσχρον, καὶ λευκὸν, καὶ ὑπόχλωρον, καὶ λεῖον.

Τουτέων δὲ θανατωδέστερα ἂν εἴη τὰ μέλανα, ἢ λιπαρὰ, ἢ πελιὰ, ἢ ἰώδεα, ἢ κάκοδμα.

Τὰ δὲ ποικίλα, χρονιώτερα μὲν τουτέων, ὀλέθρια δὲ οὐδὲν ἧσσον. ἔστι δὲ τὰ τοιαῦτα, ξυσματώδεα, καὶ χολώδεα, καὶ πρασοειδέα, καὶ μέλανα, ποτὲ μὲν ὁμοῦ διεξερχόμενα ἀλλήλοισι, ποτὲ δὲ κατὰ μέρος.

Φῦσαν δὲ ἄνευ ψόφου, καὶ περδήσιος διεξιέναι, ἄριστον· κρέσσον δὲ, καὶ σὺν ψόφῳ διελθεῖν, ἢ αὐτοῦ ἀνειλέεσθαι. καὶ οὕτω διελθοῦσα, σημαίνει ἢ πονέειν τι τὸν ἄνθρωπον, ἢ παραφρονέειν, ἢν μὴ ἑκὼν ὁ ἄνθρωπος οὕτω τὴν ἄφεσιν τῆς φύσης ποιήσηται.

At ve-

At verò aquoſum valde, aut album, aut pallidum, aut viride, aut vehementer rufum, aut ſpumoſum ſtercus egerere: hæc omnia mala ſunt.

Malum inſuper eſt & quod exiguum eſt, & viſcoſum ac album, aut ſubuiride ac lęue.

His verò magis lethalia fuerit ſtercora nigra, aut pinguia, aut liuida, aut æruginoſa, & malè olentia.

Quæ verò varia ſunt, diuturniora quidem his ſunt, nihilominus autem pernicioſa. Sũt autem talia, ramentoſa, & bilioſa & cruenta, & praſina, & nigra, aliquando ſimul inter ſe exeuntia, aliquando particulatim.

Flatũ porrò ſine ſtrepitu ac crepitu prodire optimum eſt. melius autem eſt & cum ſtrepitu exire, quàm iſthic reuolui. & qui ſic progreſſus eſt flatus, aut dolere quid hominem ſignificat, aut delirare: niſi ſua ſponte homo ita flatum emittat.

Aquoſa deiectio cruditatem: candida, qualis ferè in ictero eſt, nullam, aut valde paucam bilem ad inteſtina defluere ſignificat: nigra verò ab atra bile ſic tingitur. Porrò pinguis deiicitur, quoties pinguedo ab ignito calore conſumitur: Graueolentia putredinis eſt indicium. Multiplicis coloris deiectio multas indicat eſſe affectiones, & ob eã rem tempore opus eſt ad cõcoctionem ſiquidem naturę

tanquàm cum multis hostibus conflictura, multum temporis insumat oportet.

Præcordiorum dolor.

CAP. V.

Τοὺς δὲ ἐκ τῶν ὑποχονδρίων πόνους τε καὶ κυρτώματα, ἢν ᾖ νεαρὰ, καὶ μὴ ξὺν φλεγμονῇ, λύει βορβορυγμὸς ἐγγινόμενος ἐν τῷ ὑποχονδρίῳ· καὶ μάλιστα μὲν διεξιὼν ξὺν κόπρῳ τε, καὶ οὔρῳ, καὶ φύσῃ· ἢν δὲ μὴ, καὶ αὐτὸς δὴ παραιωθεὶς, ὠφελέει· ὠφελέει δὲ καὶ ὑποκαταβὰς ἐς τὰ κάτω χωρία.

Cæterùm præcordiorum dolores ac tumores si fuerint recentes, & nō cum inflammatione, soluit murmur in præcordio obortum, & maximè quidem si pertransierit cum stercore ac vrina ac flatu: Sin minus etiam per seipsum transierit, iuuat, si ad inferas sedes deuoluatur.

Murmur non solùm spiritus indicium est, sed spiritus humori permisti. Quoties igitur egreditur spiritus ille flatuosus, aut nequaquam egrediens descendit deorsum ad aliquam inferiorem sedem, hypochondria vindicantur vtroque accidente, tum doloris cruciatu, tum etiam tumore, sed potissimùm si cum vrina & stercore vacuetur. Talis enim vacuatio nullum prætererea relinquit in hypochondriis excrementum.

Vrina. CAP. VI.

Τὸ δὲ οὖρον ἄριστόν ἐστιν, ὅταν εἴη λευκή τε ἡ ὑπόστασις, καὶ λείη, καὶ ὁμαλὴ παρὰ πάντα τὸν χρόνον, ἔστ' ἂν κριθῇ ἡ νοῦσος· σημαίνει γὰρ ἀσφάλειάν τε, καὶ τὸ νόσημα ὀλιγοχρόνιον ἔσεσθαι.

Εἰ δὲ διαλείποι, καὶ ποτὲ μὲν καθαρὸν οὐρέοιτο, ποτὲ δὲ ὑφίσταιτο τὸ λευκὸν καὶ λεῖον, χρονιωτέρη γίνεται ἡ νοῦσος, καὶ ἧσσον ἀσφαλής.

Εἰ δὲ εἴη τό τε οὖρον ὑπέρυθρον, καὶ ἡ ὑπόστασις αὐτοῦ ὁμοίη, καὶ λείη, πολυχρονιώτερον μὲν τοῦτο τοῦ προτέρου γίνεται, σωτήριον δὲ κάρτα.

Κριμνώδεες δὲ ἐν τοῖσιν οὔροισιν αἱ ὑποστάσιες, πονηραί· τουτέων δὲ εἰσὶ κακίους, αἱ πεταλώδεες· αἱ λευκαὶ δὲ καὶ λεπταί, κάρτα φλαῦραι· τουτέων δ' ἔτι κακίους εἰσὶν αἱ πιτυρώδεες.

Νεφέλαι ἐμφερόμεναι τοῖσιν οὔροισι, λευκαὶ μὲν ἀγαθαί, μέλαιναι δὲ φλαῦραι· ἔστ' ἂν δὲ πυῤῥόν τε εἴη τὸ οὖρον καὶ λεπτόν, σημαίνει τὸ νόσημα ἄπεπτον εἶναι. ἢν δὲ καὶ πολυχρόνιον εἴη τοιοῦτον ἐόν, κίνδυνος μὴ οὐ δυνήσεται ὁ ἄνθρωπος διαρκέσαι, ἔστ' ἂν πεπανθῇ τὸ οὖρον.

Θανατωδέστερα δὲ τῶν οὔρων, τά τε δυσώδεα, καὶ ὑδατώδεα, καὶ μέλανα, καὶ παχέα.

Ἔτι δὲ τοῖσι μὲν ἀνδράσι καὶ τῇσι γυναιξί, τὰ μέλανα τῶν οὔρων κάκιστα· τοῖσι δὲ παιδίοισι, τὰ ὑδατώδεα.

Ὁκόσοι δ' ἂν οὖρα λεπτὰ καὶ ὠμὰ οὐρέουσι πουλὺν χρόνον, ἢν τἄλλα ὡς περιεσομένοισι σημεῖα

ἢ, τουτέοισιν ἀπόστασιν δεῖ προσδέχεσθαι ἐς τὰ κάτω τῶν φρενῶν χωρία.

Καὶ τὰς λιπαρότητας δὲ τὰς ἄνω ὑφισταμένας, ἀραχνοειδέας μέμφεσθαι· συντήξιος γὰρ σημεῖα.

Σκοπεῖν δὲ χρὴ τῶν οὔρων ἐν οἷσι αἱ νεφέλαι, ἤν τε ἄνω, ἤν τε κάτω ἔωσι, καὶ τὰ χρώματα ὁκοῖα ἴσχουσι, καὶ τὰς μὲν κάτω φερομένας ξὺν τοῖς χρώμασιν, οἷσιν εἴρηται, ἀγαθὰς εἶναι νομίζειν καὶ ἐπαινέειν. τὰς δὲ ἄνω ξὺν τοῖσι χρώμασιν, οἷσιν εἴρηται, κακὰς εἶναι, καὶ μέμφεσθαι τὰς τοιάσδε.

Μὴ ἐξαπατάτω δέ σε, ἤν γε ἡ κύστις τι νόσημα ἔχουσα, τῶν οὔρων τὰ τοιαῦτα ἀποδιδῷ· οὐ γὰρ τοῦ ὅλου σώματος σημεῖον ἐστὶν, ἀλλ' αὐτῆς καθ' ἑωυτῆς.

Optima verò eſt vrina, quum fuerit alba ſubſidentia, & læuis, & æqualis per totum tempus, donec iudicatus fuerit morbus: ſignificat enim & ſecuritatem, & morbum fore breuem.

Si intermiſerit, & aliquando quidem pura meiatur, aliquando verò ſubſidet album ac læue, diuturnior fit morbus, & minus ſecurus. Si verò fuerit & vrina ſubrubra, & ſubſidentia ipſius ſimilis, & læuis, diuturniorem quidem hæc morbum quàm prior ſignificat, ſed valde ſalutarem.

At ſubſidentiæ in vrinis craſſiores polentæ partes referentes, prauæ ſunt. His autem peiores ſunt laminoſæ. Albæ verò & tenues valde

valde malæ ſunt. Verùm his deteriores ſunt furfuraceæ.

Nubeculæ quæ feruntur in vrinis, albæ quidem bonæ ſunt, nigræ verò malæ.

Quandiu verò fulua fuerit vrina & tenuis, morbum inconcoctum eſſe ſignificat. Si verò & diuturna fuerit talis exiſtens, periculum eſt ne ſufficere homo poſſit, donec vrina fuerit concocta.

Lethaliores autem ſunt vrinæ, & fœtidæ, & aquoſæ, & nigræ, & craſſæ.

At tum in viris, tum in mulieribus nigræ vrinæ peſſimę ſunt, in pueris autem aquoſæ.

Quicunque vrinas tenues & crudas meiunt multo tempore, ſi alia veluti ſuperſtitibus futuris ſigna fuerint, iis abſceſſum expectare oportet ad locos infra ſeptum tranſuerſum.

Sed & pinguedines ſupernè inſtantes, araneorum telis ſimiles, damnare oportet: ſunt enim colliquationis ſigna.

Conſiderare verò conuenit in vrinis in quibus nubeculæ ſunt, an ſupernè aut infernè ſint, & quales habeant colores. Et quæ quidem deorſum feruntur, cum coloribus relatis, eas bonas eſſe putare, ac laudare: quę verò ſurſum feruntur, cum coloribus relatis, malas eſſe, & tales damnare.

Nec verò decipiat te, si vesica morbum aliquem habens, eiusmodi vrinas reddiderit: non enim totius corporis signum est, sed ipsius per se vesicæ.

Vt facultatis naturalis, quæ in ventre est, indicia agnoscuntur ex ijs quæ quotidie deijciuntur, ita eius quæ in iecore ac venis est ex vrina. In hac enim indicia clara sunt partim optimæ, partim imperfectæ, partim in totum frustratæ concoctionis, quemadmodum & in ijs quæ deijciuntur. Præterea vt in deiectionibus signa sunt aliorum affectuum, quàm ventris, ita vrina alios affectus quàm venarum & hepatis, indicare potest. Vrina ergo faciens sedimentum album, laue, & æquale securitatem significat, & morbum breui soluendum, cùm signa habeat concoctionis: subrubra verò cum sedimento subrubro & laui, indicat exuperantiam sanguinis non exquisitè elaborati. Igitur quia optimi humoris exuperantia est, idcirco sine periculo est: sed quia humidior, eget concoctione. Porrò sedimentum crassius, laminosum, & furfuraceū, exassato sanguine, contingit à febrili calore atq; inæqualiter colliquatis carnibus. Album verò & tenue à spiritu flatuoso fit, tenacius admixto humorum excremento semicocto.

Nubecula sublimamentum vrinæ est: quod si nigrum est, id ob vehementem accidit frigidita-

tem, qua ratione ſanguis concretus nigreſcit: aut propter exuperantem fit calorem: etenim ſanguis nigreſcit ſi aduritur. Et qui diutius in ſole verſantur æſtiuo, nigri redduntur. Ergo iure nigrum ſublimamentum damnatur probaturq; album. Sed in vrinis contenta quantò magis deorſum feruntur ad fundũ vaſis, tantò meliora ſunt, leuantur enim ſurſum à vaporoſo ſpiritu. Optima eſt vrina ſubaurea vel ſubcrocea calore, ſubſtantia mediocris, proportione reſpondens potui facto, hypoſtaſi alba, læui, æquabili, in qua nulla innatet bulla, neq; tuberculum aliquod ſubſideat, non inhæreat matulæ, neque quicquam complicetur ex eis quæ ſolent inferri ſimilia capillis & ramentis, & alijs eius generis. Quãtùm vnaquæq; vrina ab hac declinauerit, tantũ ab optima ſanitate receſſit. Tenuis enim aquoſa morbum crudum ſignificat, & naturalis facultatis debilitatẽ: Craſſa frigidorum & cruderũ multitudinem: nigra obſtructionem, & humorum aſſationem: fœtida eorundem putrefactionem, ſicut deſuper pinguis conſumptionẽ indicat. Verùm vrina praua, vt interdũ humorum in toto corpore exiſtentiũ vitia, & facultatis concoctricis oſtendunt, ita renum & veſicæ tãtùm nonnunquã affectũ declarant, non humorũ aut facultatis. Quinimo fieri poteſt vt totũ animal per veſicam & renes expurgetur, & abſceſſus etiam cum vrina excernãtur, eò videlicet materia deriuata.

Vomitus. CAP. VII.

Ἔμετος δὲ ὠφελιμώτατος, ὁ φλέγματος καὶ χολῆς ξυμμεμιγμένος, καὶ μὴ παχὺς κάρτα, μηδὲ πολὺς ὡς μάλιστα. οἱ γὰρ ἀκρητέστεροι κακίους εἰσίν.

Εἰ δὲ εἴη τὸ ἐμεύμενον πρασοειδὲς, ἢ πέλιον, ἢ μέλαν, ὅ, τι ἂν ᾖ τουτέων τῶν χρωμάτων, νομίζειν χρὴ πονηρὸν εἶναι.

Εἰ δὲ καὶ πάντα τὰ χρώματα ὁ αὐτὸς ἄνθρωπος ἐμέει, κάρτα ὀλέθριον τοῦτο γίνεται. τάχιστα γὰρ θάνατον σημαίνει τὸ πέλιον τῶν ἐμεσμάτων, εἰ ὄζει δυσῶδες.

Πᾶσαι δὲ αἱ ὑπόσαπροι καὶ δυσώδεες ὀσμαὶ, κακαὶ ἐπὶ πᾶσι τοῖσιν ἐμεομένοισιν.

Vomitus commodiſſimus eſt, ex pituita ac bile quàm maximè permixtus, & non craſſus valde neque multus: nam meraciores, deteriores ſunt.

Si verò id quod vomitu reiectum eſt, praſini fuerit coloris, aut liuidum, aut nigrum: quicunque horum fuerit colorum, malum eſſe putandum eſt.

Si verò omnes colores idem homo vomit, valde pernicioſum hoc eſt. Celerrimam enim mortem ſignificat líuidus vomitus ſi graueolens fuerit.

Omnes verò ſubputridi ac fœtidi odores, in omnibus vomitibus mali ſunt.

Syncerus in vomitu humor apparens, peior eſt:

nam vt biliosus caloris copiam immodicam, sic pituitosus indicat frigus. Quinetiam syncerus humor crassior redditur mixto, pituitosus quidem propter frigiditatem quasi concretus, biliosus verò propter abundantem calorem exuctus & frixus: Calidum enim exugit, frigidum astringit: Porraceus autem vomitus quorundam esculentorum in ventriculo cruditatem, aut calorem præter naturam ratione ægrotationis indicat. Et quantò plures præter naturam colores, seu nigri seu liuidi apparent, tantò id deterius est, præsertim si cum aliqua alia mala qualitate tetri odoris apparent.

Sputum.

CAP. VIII.

Πτύελον χρὴ ἐπὶ πᾶσι τοῖσιν ἀλγήμασι, τοῖσι περὶ τὸν πλεύμονα καὶ τὰς πλευρὰς, ταχέως τε ἀναπτύεσθαι, καὶ εὐπετέως ξυμμεμιγμένον τε φαίνεσθαι τὸ ξανθὸν, ἰσχυρῶς τῷ πτυέλῳ· εἰ γὰρ πολλῷ ὕστερον μετὰ τὴν ἀρχὴν τῆς ὀδύνης, ἀναπτύοιτο ξανθὸν ἐὸν, ἢ πυῤῥὸν, ἢ πολλὴν βῆχα παρέχον, καὶ μὴ ἰσχυρῶς ξυμμεμιγμένον, κάκιον γίνεται· τό, τε γὰρ ξανθὸν ἄκρητον ἐὸν, κινδυνῶδες· τὸ δὲ λευκὸν καὶ γλίσχρον καὶ στρογγύλον, ἀλυσιτελές. κακὸν δὲ καὶ τὸ χλωρὸν ἐὸν κάρτα καὶ τὸ ἀφρῶδες. Εἰ δὲ εἴη οὕτως ἄκρητον, ὥστε καὶ μέλαν φαίνεσθαι, δεινότερόν ἐστι τοῦτο ἐκείνων. Κακὸν δὲ καὶ ἢν μηδὲν ἀνακαθαίρηται, μηδὲ προΐη ὁ πλεύμων, ἀλλὰ πλήρης ἐὸν ζέῃ ἐν τῇ φάρυγγι.

Sputum in omnibus doloribus qui sunt circa pulmonem & costas, citò & facilè expui conuenit, & flauum sputo valde permixtum apparere. Si enim longè post principium doloris, expuerit quod flauum est, aut rufum, aut quod multam tussim inducit, & non valde permixtum est, deterius est. Nam & flauum merum periculosum est: & album, & viscosum, & rotundum, inutile est. Malum est & quod viride est valde, itemq; pallidum & spumosum. Si verò ita fuerit meracum, vt etiam nigrum appareat, hoc ipsum deterius est quàm illa: malum etiam est si nihil repurgetur, neque pulmo aliquid eiiciat, sed plenius in gutture ferueat.

Facilis & prompta screatio demonstrat quòd non vehemens sit in thorace dolor, quòd sputum non sit glutinosum, membris tenacius inhærens, nec admodum crassum, & præterea quòd non sit aquosum nimis: Nam materia tenuis vix screatur, vt quæ in pulmonibus circunfluitet. Materias autem quæ expuuntur permisceri inter se salubrius est, nec quicquàm excerni syncerum: flauum enim sputum redditur propter flauæ bilis abundantiam: candidum verò, glutinosum ac rotundum, propter assatam pituitam. Quo fit vt syncerum quod egeritur, malum semper affectum indicet. Nam vbi serosus humor assatur, fit flaua bilis,

bilis, quæ pallida apparebat mixta eidem humori seroso. Æruginosa verò fit vbi is multùm assatur, & vbi supra modum nigra, quæ est deterrima & quàm maximè erodens atra bilis, aut vbi crassus sanguis similiter exsiccatur: aut id fit ratione mortificationis & refrigerationis. Spumans autem sputum fit à spiritu flatuoso cum humore mixto, qui dum frangitur, pituitam quoque in multas & exiguas partes frangit.

Grauedo & Sternutatio.

CAP. IX.

Κορύζας δὲ καὶ πταρμοὺς ἐπὶ πᾶσι τοῖσι περὶ τὸν πλεύμονα νοσήμασι, προγεγονέναι ἢ ἐπιγενέσθαι, κακόν· ἀλλ' ἐν τοῖσιν ἄλλοισι νοσήμασι τοῖς θανατωδεστάτοισιν οἱ πταρμοὶ λυσιτελεῦσιν.

Αἵματι δὲ ξυμμεμιγμένον μὴ πολλῷ πτύελον ξανθὸν ἐν τοῖσι περιπλευμονικοῖσιν, ἐν ἀρχῇ μὲν τῆς νούσου πτυόμενον περιεστηκὸν καὶ κάρτα ὠφελέει· ἑβδομαίῳ δὲ ἐόντι καὶ παλαιοτέρῳ, ἧσσον ἀσφαλές.

Πάντα δὲ πτύελα πονηρά ἐστιν, ὁκόσα ἂν τὴν ὀδύνην μὴ παύῃ· κάκιστα δὲ τὰ μέλανα, ὡς διαγέγραπται· τὰ δὲ παύοντα τὴν ὀδύνην, πάντων ἀμείνω ἀναπτυόμενα.

Grauedines & sternutationes in omnibus circa pulmonem morbis & antecedere & succedere, malum. At in aliis morbis lethalibus sternutationes prosunt. Sputum autem flauum sanguine permixtū non multo,

ſi in pulmonis inflammatione in principio morbi reiiciatur, ſalutare eſt & valde prodeſt. Si verò ſeptimo die, aut poſterius, minus ſecurum eſt. Omnia ſputa mala ſunt quæ dolorem non ſedant. Peſſima verò ſunt nigra, ſicut ſcriptum eſt. Quæ dolorem ſedant omnium optima exiſtunt.

Grauedines ac defluxiones in morbis qui affligunt in pulmone, non eſſe bona indicia ſemper exiſtimare oportet. Nam antecedentes, pulmonem malis humoribus implent, procedente verò morbo apparentes grauem affectum pulmonis indicant, & caput ab eo læſum ſignificant. Porrò ſternutationes vt plurimùm grauedinibus comites ſunt, & vehementer vtique totum thoracem commouentes, pulmonem aliquo modo lædunt. At verò in aliis morbis ſi poſterius appareant, oſtendunt ſalutem, licet lethalis morbus quantùm ad alia ſigna attinet, habeatur: indicant enim concoctionem ac robur excretoriæ in cerebro facultatis, à qua in nares flatuoſo ſpiritu excreto pariter cum alio humore ſternutatio fit. Sputum in pulmonis morbo ſi commixtis humoribus coctionis ſigna quædam habeat, ſalubre eſt: ſed ſi id non accidat, periculum exolutionis virium imminet, antequàm concoquatur, & ob eam rem minus ſecurum pluribus diebus permanere ſputa & ſyncera & ſemicocta. Quæ verò ſedant dolorem, ea ſputa

maximè

maximè laudabilia sunt, quouis excreta tempore: nam quæ è corpore excernuntur, ea potissimùm facilitate tolerantiæ commendantur.

Suppuratio. CAP. X.

Ὁκόσα δὲ τῶν ἀλγημάτων ἐκ τουτέων τῶν χωρίων μὴ παύηται, μήτε πρὸς τὰς τῶν πτυέλων καθάρσιας, μήτε πρὸς τὴν τῆς κοιλίης ἐκκόπρωσιν, μήτε πρὸς τὰς φλεβοτομίας τε καὶ φαρμακείας, καὶ διαίτας, εἰδέναι δεῖ ἐκπυήσοντα.

Τῶν δὲ ἐκπυημάτων ὁκόσα μὲν ἔτι χολώδεος ἐόντος τοῦ πτυέλου, ἐκπυΐσκεται, ὀλέθρια κάρτα, ἤν τε ἐν μέρει τὸ χολῶδες τῷ πύῳ ἀναπτύοιτο, ἤν τε ὁμοῦ. μάλιστα δὲ ἢν ἄρξηται χωρέειν τὸ ἐμπύημα, ἀπὸ τουτέου τοῦ πτυέλου, ἑβδομαίου ἐόντος τοῦ νοσήματος. ἐλπὶς δὲ τὸν τοιαῦτα πτύοντα, ἀποθανεῖσθαι τεσσαρεσκαιδεκαταῖον, ἢν μή τι αὐτέῳ ἐπιγένηται ἀγαθόν.

Ἔστι δὲ, τὰ μὲν ἀγαθὰ τάδε· εὐπετέως φέρειν τὸ νόσημα, εὔπνοον εἶναι, τῆς ὀδύνης ἀπηλλάχθαι, τό, τε πτύελον ῥηϊδίως ἀναβήσσειν, τό, τε σῶμα ὁμαλῶς φαίνεσθαι, θερμόν τε εἶναι καὶ μαλθακὸν, καὶ δίψαν μὴ ἔχειν, οὖρά τε καὶ διαχωρήματα, καὶ ὕπνους, καὶ ἱδρῶτας, ὡς διαγέγραπται, ἕκαστα εἰδέναι ἀγαθὰ ἐόντα ἐπιγίνεσθαι· οὕτω μὲν γὰρ ἁπάντων τουτέων ἐπιγινομένων, οὐκ ἂν ἀποθάνοι ὁ ἄνθρωπος.

Ἢν δὲ τὰ μέν τοι αὐτέων ἐπιγίνοιτο, τὰ δὲ μὴ, οὐ

πλείονα χρόνον ζήσαι ἢ τεσσαρεσκαίδεκα ἡμέρας, ἀπόλοιτ' ἂν ὁ ἄνθρωπος.

Κατὰ δὲ τὰ ἐναντία τουτέων· δυσπετέως φέρειν τὴν νοῦσον, πνεῦμα μέγα καὶ πυκνὸν εἶναι, τὴν ὀδύνην μὴ παύεσθαι, τὸ πτύελον μόλις ἀναβήσσειν, δίψην κάρτα, τό, τε σῶμα ὑπὸ πυρὸς ἀνωμάλως ἔχεσθαι, καὶ τὴν μὲν κοιλίην καὶ τὰς πλευρὰς, θερμὰς εἶναι ἰσχυρῶς. τὸ δὲ μέτωπον καὶ τὰς χεῖρας καὶ τοὺς πόδας ψυχρούς· οὖρα δὲ καὶ διαχωρήματα, καὶ ὕπνους, καὶ ἱδρῶτας, ὡς διαγέγραπται, ἕκαστα εἰδέναι κακὰ ἐόντα· οὕτως γὰρ εἰ ἐπιγίνοιτό τι τῷ πτυέλῳ τουτέων, ἀπόλλοιτ' ἂν ὁ ἄνθρωπος, πρὶν ἢ ἐς τὰς τεσσαρεσκαίδεκα ἡμέρας ἀφικέσθαι, ἢ ἐνναταῖος, ἢ ἑνδεκαταῖος. οὕτως οὖν ξυμβάλλεσθαι χρή, ὡς τοῦ πτυέλου τουτέου θανατώδεος ἐόντος μάλα, καὶ οὐ περιάγοντος ἐς τὰς τεσσαρεσκαίδεκα ἡμέρας.

Τὰ δὲ ἐπιγινόμενά τε κακὰ καὶ ἀγαθὰ ξυλλογιζόμενον ἐκ τουτέων χρὴ τὰς προρρήσιας προλέγειν· οὕτω γὰρ ἄν τις ἀληθεύοι μάλιστα. Αἱ δὲ ἄλλαι ἐκπυήσιες ῥήγνυνται αἱ πλεῖσται, αἱ μὲν εἰκοσταῖαι, αἱ δὲ τριηκοσταῖαι, αἱ δὲ τεσσαρακονθήμεροι, αἱ δὲ πρὸς τὰς ἑξήκοντα ἡμέρας ἀφικνέονται.

Ἐπισκέπτεσθαι δὲ χρὴ τὴν ἀρχὴν τοῦ ἐμπυήματος ἔσεσθαι λογιζόμενον, ἀπὸ τῆς ἡμέρης ἧ τὸ πρῶτον ὁ ἄνθρωπος πύρεξεν· ἢ εἴποτε αὐτὸν πρῶτον ῥῖγος ἔλαβε· καὶ εἰ φαίη ἀντὶ τῆς ὀδύνης αὐτῷ βάρος γεγενῆσθαι ἐν τῷ τόπῳ ἐν ᾧ ἤλγεε. ταῦτα γὰρ ἐν ἀρχῇσι γίνεται τῶν ἐμπυημάτων.

Ἐξ οὖν τουτέων τῶν χρόνων τὴν ῥῆξιν χρὴ προσδέχεσθαι τῶν ἐμπυημάτων ἔσεσθαι ἐς τοὺς χρόνους τοὺς προειρημένους.

Εἰ δὲ εἴη τὸ ἐμπύημα ἐπὶ θάτερα μοῦνον, στρέφειν τε καὶ καταμανθάνειν χρὴ ἐπὶ τουτέοισι, μή τι ἔχῃ ἄλγημα ἐν τῷ ἑτέρῳ πλευρῷ, καὶ ἢν θερμότερον ᾖ τὸ ἕτερον τοῦ ἑτέρου, κατακλινομένους ἐπὶ τὸ ὑγιαῖνον πλευρὸν, ἐρωτᾶν εἴ τι αὐτῷ δοκέει βαρὺ ἐκκρέμασθαι ἐκ τοῦ ἄνωθεν· εἰ γὰρ εἴη τοῦτο, ἐπὶ θάτερόν ἐστι τὸ ἐμπύημα, ἐπὶ ὁκοῖον ἂν πλευρὸν τὸ βάρος γίνηται.

Quicunque dolores ex his locis non ſedantur, neque ad ſputorum purgationes, neque ad ſtercorum alui ſubductionem, neque ad venæ ſectiones, & victus rationem, & medicamenta, eos ad ſuppurationem verti ſciendum eſt. Ex ſuppurationibus quæcunque dum ſputum adhuc bilioſum eſt, ſuppurantur, pernicioſæ valde ſunt, ſiue bilioſum illud in parte, ſiue ſimul cum pure expuatur: & hoc potiſſimum ſi morbo ad ſeptimum diem progreſſo, ſuppuratio ad hoc ſputo procedere incipiat. Timor autem eſt eum qui talia expuit, moriturum eſſe decimaquarta die, ſi non aliquod bonum ſignum ipſi acciderit: ſunt autem bona hæc, facilè ferre morbum, benè ſpirare, dolore liberatum eſſe, ſputum tuſſiendo

facilè reiicere, corpus æqualiter calidum ac molle apparere, sitim non habere, vrinas, & alui egestiones, & somnos, & sudores, velut descriptum est, hæc singula nosse conuenit accidere: Nam omnibus his ita contingentibus homo non morietur. Si verò aliqua ex his accesserint, aliqua non, non ampliore tempore vità producta, decimaquarta die homo peribit. Porrò mala signa his contraria sunt, ægrè ferre morbum, spiritum magnum & densum esse, dolorem non sedari, sputum vix tussiendo reiici, siti infestari, corpus inæqualiter à febre teneri, ventrem quidem ac costas fortiter calfieri, frontem verò & manus & pedes frigefieri. Vrinas autem & alui excrementa & somnos & sudores, velut descriptum est. Hæc singula nosse oportet mala esse. Quicquid enim horum iam dicto sputo superuenerit, hominem moriturum significat, priusquam ad decimumquartum diem peruenerit, aut nono die, aut vndecimo. Sic igitur coniecturam facere oportet, quòd hoc sputum lethale sit valde, & non perducat ad decimũquartum diem. Proinde & bona & mala signa expendentem ex his prædictiones facere oportet: ita enim potissimùm veritatem cõsequi quis poterit. At verò aliæ suppurationes rũpuntur;

tur, plurimæ quidem vigeſimo die, aliæ trigeſimo, aliæ quadrageſimo, aliquæ verò ad ſexaginta dies perueniunt. Conſiderare oportet ſuppurationis futuræ principiũ, ſuppuratione facta ab ea die qua primùm homo febricitauit, aut ſi fortè ipſum primùm rigor apprehendit, etſi pro dolore grauitatem ſibi factam eſſe dixerit, in eo loco in quo dolebat: hæc enim in principiis ſuppurationum fiunt. Ex his igitur temporibus eruptionem ſuppurationum fore ad prædicta tempora expectandum eſt. Si verò ſuppuratio fuerit in altero latere ſolùm, vertere & conſiderare oportet in his num aliquem habeat dolorem in altero latere, & an alterum altero ſit calidius, & reclinato ægro in latus ſanum, interrogare ipſum an videatur ipſi graue quid ex ſuperno latere incumbere: Si enim hoc fuerit, in altero eſt ſuppuratio, in quo grauitas affuerit.

Affectus qui in thorace ac pulmone non deſinunt, adhibitis omnibus remediis, eos ſuppuraturos expectabis (Suppurationem autem intellige puris inter thoracem & pulmonem effuſionem.) Porrò qui purulenta ſeptima die expuerit, nõ tamen ſola, neq; toto die, ſed, aut cùm eis bilioſum aliquid, aut ſine materia purulẽta bilioſum ſolùm expuerit, hic ne decimo quarto die intereat

periculum est: Quòd si bona signa accedant, præscriptus mortis terminus in maius temporis spatium proferetur: Si verò mala, ante decimumquartum diem morietur. Cæterùm bona maláve signa, persequitur ipse postea. Si cui enim conualescendum est, omnia bona indicia adsint necesse est: Si moriendum, vel vnum adesse malum sufficiet. Aliæ suppurationes sunt, quæ nec in thorace sunt, nec bilem immixtam habent, nec septimo rumpuntur, sed diutius immorantur. Quarum differentiæ sumuntur à loco patiente, & ab humore morbum committente: Caliditas enim & loci & humoris celeritatem motus, frigiditas tarditatem operatur. Sumuntur etiam indicationes ab ætate, natura, tempore, regione, constitutione & viribus ægri. In omnibus his calidus humor citius, frigidus tardius suppuratur.

Quibus signis cognoscuntur purulenti.

CAP. XI.

Τοὺς δὲ ξύμπαντας ἐμπύους γινώσκειν χρὴ τοῖσι δὴ τοῖσι σημείοισι. πρῶτον μὲν, εἰ ὁ πυρετὸς οὐκ ἀφίησιν, ἀλλὰ τὴν μὲν ἡμέρην λεπτὸς ἴσχει, τὴν δὲ νύκτα πλείων.

Καὶ ἱδρῶτες πολλοὶ ἐπιγίνονται, βῆχές τε καὶ θυμὸς ἐγγίνεται αὐτέοισι, καὶ ἀποπτύουσιν οὐδὲν ἄξιον λόγου.

Καὶ οἱ μὲν ὀφθαλμοὶ, ἔγκοιλοι γίνονται· αἱ δὲ γνάθοι,

γνάθοι, ἐρυθήματα ἴσχουσι.

Καὶ αἱ μὲν ὄνυχες τῶν χειρῶν γρυποῦνται· οἱ δὲ δάκτυλοι θερμαίνονται, καὶ μάλιστα ἄκροι. καὶ ἐν τοῖσι ποσὶν οἰδήματα γίνεται.

Καὶ σιτίων οὐκ ἐπιθυμέουσι, καὶ φλύκταιναι γίνονται ἀνὰ τὸ σῶμα. Ὁκόσα μὲν οὖν ἐγχρονίζει τῶν ἐμπυημάτων, ἔχει τὰ σημεῖα ταῦτα, καὶ πιστεύειν αὐτέοισι χρὴ κάρτα.

Ὁκόσα δὲ ὀλιγοχρόνιά ἐστι, σημαίνεται τουτέων, ἤν τι ἐπιφαίνηται, οἷα καὶ τοῖσιν ἐν ἀρχῇσι γινομένοισιν. ἅμα δὲ καὶ ἤν τι δυσπνούστερος ᾖ ὁ ἄνθρωπος.

Τὰ δὲ ταχύτερον αὐτέων καὶ βραδύτερον ῥηγνύμενα, τοῖς δὲ γινώσκειν χρή. ἢν μὲν ὁ πόνος ἐν ἀρχῇσι γίνηται, καὶ ἡ δύσπνοια, καὶ ἡ βήξ, καὶ ὁ πτυαλισμὸς διατείνῃ, ἐς τὰς εἴκοσιν ἡμέρας ἔχων, προσδέχεσθαι τὴν ῥῆξιν, ἢ καὶ ἔτι πρόσθεν. ἢν δὲ ἡσυχαίτερος ὁ πόνος ᾖ, καὶ τἄλλα πάντα, τουτέοισι κατὰ λόγον τουτέου προσδέχεσθαι τὴν ῥῆξιν ἐς ὕστερον.

Γίνεται δὲ ἀνάγκη καὶ πόνον, καὶ δύσπνοιαν, καὶ πτυελισμὸν πρὸ τῆς τοῦ πύου ῥήξιος.

Περιγίνονται δὲ τουτέων μάλιστα μὲν οὓς ἂν ἀφῇ ὁ πυρετὸς αὐθήμερον μετὰ τὴν ῥῆξιν, καὶ σιτίων ταχέως ἐπιθυμῶσι, καὶ δίψης ἀπηλλαγμένοι ἔωσι, καὶ ἡ γαστὴρ σμικρά τε καὶ ξυνεστηκότα ὑποχωρέῃ, καὶ τὸ πύον λευκόν τε καὶ λεῖον καὶ ὁμόχροον ᾖ, καὶ φλέγματος ἀπηλλαγμένον, καὶ ἄτερ πόνου τε καὶ βηχὸς ἰσχυρῆς ἀνακαθαίρηται.

Ἄριστα μὲν οὕτως καὶ τάχιστα ἀπαλλάσσουσιν· ἢν δὲ μὴ, οἷσιν ἂν ἐξ τουτέω τουτέων γένηται.

Ἀπόλλυνται δὲ οὓς ἂν ὅ,τε πυρετὸς μὴ ἀφιείη, ἢν δοκέων αὐτέους ἀφιέναι, αὖθις φαίνηται ἀναθερμαινόμενος· καὶ δίψαν μὲν ἔχωσι, σιτίων δὲ μὴ ἐπιθυμέωσι· καὶ ἡ κοιλίη ὑγρὴ ᾖ, καὶ τὸ πύον χλωρὸν καὶ πέλιον πτύῃ, ἢ φλεγματῶδες καὶ ἀφρῶδες. ἢν ταῦτα πάντα γίγνηται, ἀπόλλυνται.

Ὁκόσοισι δ' ἂν τουτέων, τὰ μὲν ἐπιγίνονται, τὰ δὲ μὴ, οἱ μὲν αὐτέων ἀπόλλυνται, οἱ δὲ ἐν πολλῷ χρόνῳ περιγίνονται. ἀλλ' ἐκ πάντων τῶν τεκμηρίων τῶν ἐόντων ἐν τουτέοισι, σημαίνεσθαι καὶ τοῖσιν ἄλλοισι πᾶσιν.

Ὁκόσοισι δὲ ἀποστάσιες γίγνονται ἐκ τῶν περιπλευμονικῶν νοσημάτων, παρὰ τὰ ὦτα, καὶ ἐμπυοῦσιν ἐς τὰ κάτω χωρία, καὶ συριγγοῦνται, οὗτοι δὲ περιγίνονται.

Ἐπισκέπτεσθαι δὲ χρὴ τὰ τοιαῦτα, ὧδε· ἢν ὅ,τε πυρετὸς ἔχῃ, καὶ ἡ ὀδύνη μὴ παύηται, καὶ τὸ πτύελον ἐκχωρέῃ κατὰ λόγον, μηδὲ χολώδεες αἱ τῆς κοιλίης διαχωρήσιες, μηδὲ εὔλυτοί τε καὶ ἄκρητοι γίγνοιντο, καὶ μηδὲ τὸ οὖρον πουλύ τε κάρτα καὶ πολλὴν ὑπόστασιν ἔχον· ὑπηρετῆται δὲ περιεστηκῶς ὑπὸ τῶν λοιπῶν πάντων τῶν περιεστηκῶν σημείων, τουτέοισι χρὴ τὰς τοιαύτας ὑποστάσιας ἐλπίζειν ἔσεσθαι. γίνονται δὲ αἱ μὲν ἐς τὰ κάτω χωρία, οἷσιν ἂν περὶ τὰ ὑποχόνδρια τοῦ φλέγματός τι ἐγγένηται· αἱ δὲ ἄνω, οἷσι τὸ ὑποχόνδριον λαπαρόν τε καὶ ἀνώ-

δυνον

δυνον διατελέῃ· δύσπνους δὲ ἢν ᾖ χρόνον γινόμενος, παύσηται ἄτερ φανερῆς προφάσιος ἄλλης.

Cæterùm omnes ſuppuratos ex his ſignis cognoſcere oportet: Primùm quidem ſi febris non dimittit, ſed per diem quidem tenuis eſt, noctu verò vehemẽtior, & ſudores multi oboriuntur, tuſſiſque ac tuſſiendi promptitudo ipſis adeſt, & nihil memorabile expuunt, & oculi caui fiunt, & maxillæ ruborem contrahunt, & vngues quidem manuum curuantur, digiti verò caleſcunt, & potiſſimùm ſummi, & in pedibus tumores fiunt, & cibos non appetunt, & puſtulæ per corpus enaſcuntur. Quæcunque igitur ſuppurationes diuturnæ ſunt, hæc ſigna habent, & fidem ipſis valde habere oportet: Quæ verò breues ſunt, ex his ſignis cognoſcere oportet, ſi quid apparuerit ex iis qualia in principiis fiunt: Simul autem & ſi aliquanto difficilius ſpirauerit homo. At verò quæ ex ipſis citius & tardius rumpuntur, his ſignis cognoſcere oportet: Siquidẽ enim dolor in principiis fiat, & ſpirãdi difficultas, & tuſſis, & ſpuitio perſeuerans ad vigeſimum diem pertingat, eruptionem tunc expectare oportet, aut etiã prius. Si verò quietior fuerit dolor, & alia omnia pro huius ratione,

eruptio posterius expectanda est. Necesse verò est accedere & dolorem, & spirandi difficultatem, & spuitionem ante puris eruptionem. Ex his autem maximè superstites manent hi, quos febris eodem post eruptionem die dimiserit, & qui cibos statim appetiuerint, & à siti liberati fuerint, & si venter parua & compacta egesserit, & pus album, & læue, & eiusdem coloris fuerit, & à pituita liberum, & citra dolorem ac tussim fortem, repurgetur. Ac optimè quidem sic ac ac celerrime liberantur: Sin minus, hi quibus proxima his contigerint. At verò intereunt ij quos febris non dimiserit, aut vbi ipsos dimisisse putata fuit, rursus recalescens apparuerit, & qui sitim quidem habuerint, cibos autem non appetiuerint, & si venter liquidus fuerit, & pus pallidum siue viride & liuidum expuerint, aut pituitosum & spumosum: Si hæc omnia contigerint, intereunt. Quibus verò ex his quædam accesserint, quædam non, horum aliqui intereunt, aliqui in multo tempore superstites euadunt. Verùm ex omnibus signis quæ adsunt, tum in his tum in aliis omnibus, conjecturam facere oportet. Quibuscunque ex inflammati pulmonis morbis abscessus fiunt circa aures, & suppurantur, aut ad inferas

feras ſedes ac fiſtulas contrahunt, hi ſuperſtites euadunt. Verùm id ita conſiderare oportet, ſi & febris detinuerit, & dolor non ſedatus fuerit, & ſputum pro ratione non prodierit, neque biliosæ, neque ſolutu faciles & meracæ alui egeſtiones fuerint, neque vrina valdè multa, multam ſubſidentiam habens. Iudicatur autem ſuperſtes futurus ab omnibus reliquis ſalutaribus ſignis: tunc abſceſſus huiuſmodi fore ſperandum eſt. Fiunt autem partim ad infernas partes, quibus videlicet inflammatio aliqua circa præcordia affuerit, partim inſupernis, quibus præcordium molle & doloris exors permanſerit, & vbi ſpirandi difficultas, quæ per tempus aliquod affuit, deſierit citra aliam manifeſtam cauſam.

Suppurati ex eo potiſſimùm cognoſcuntur, quòd cùm pus, quod inter thoracem pulmonemq; coaceruatum habent, citò non expuant, antequam pulmonis ſubſtantia exulceretur, tabidi fiunt, leniter quidem diu febricitantes, ſed calore noctu creſcente, quod accidit omnibus febricitantibus hectica febre: Item cognoſcuntur ex ſudoribus, tuſſi, macie, & cauitate oculorum, & aliis quæ longioris ſuppurationis indicia ſunt manifeſta. Breuiorem autem ſuppurationem docet cognoſcendam eſſe ex indiciis antea dictis: ea verò

ſunt, rigor febris, grauitas, & ſi æger difficilius quàm antè ſpiret. Id verò accidat neceſſe eſt propter anguſtiam pulmonis, quoties pus inanes thoracis ſedes comprehenderit. Si igitur continenter & vehementer infeſtent, dolor, difficultas ſpirandi, tuſſis, & ſcreatio, celerem fore ſignificant ruptionem: Si verò non continenter affligant, ne vehementer, diuturniorem. Porrò morbus qui per abſceſſum ſoluendus eſt medius eſt inter mites & exitioſos: Nam mitis per excretionem ſoluitur, vt acutus non lethalis: Exitioſus cùm nullum coctionis ſignum præbeat, totus in hoc eſt vt naturæ connatum renitentem celeriter opprimat: longi verò cùm ſint ex crudis craſſisq́ humoribus, nõ tamen lethalibus, diutius immorantur, & abſceſſus cõmittunt, niſi per concoctionem finiantur. Abſceſſus autẽ ſurſum vel deorſum erumpunt pro varie motu humorum, quem dolor comitans oſtendit.

Abſceſſus. CAP. XII.

Αἱ δὲ ἀποστάσιες αἱ ἐς τὰ σκέλεα ἐν τῇσι περι-
πλευμονίῃσι τῇσιν ἰσχυρῇσί τε καὶ ἐπικινδύνοι-
σι, λυσιτελέες μὲν πᾶσαι, ἄρισται δὲ αἱ τοῦ πτυέλ-
ου ἐν μεταβολῇ ἐόντος γινόμεναι· εἰ γὰρ τὸ οἴδημά καὶ
ἡ ὀδύνη γίγνοιτο, τοῦ πτυέλου ἀντὶ ξανθοῦ πυώδεος
γινομένου καὶ ἐκχωρέοντος ἔξω, οὕτως ἂν ἀσφαλέ-
στατος ὅ, τε ἄνθρωπος περιγίνοιτο. καὶ ἡ ἀπόστασις
ἀνώδυνος τάχιστα παύσεται.

Εἰ δὲ τὸ πτύελον μὴ ἐκχωρέοι καλῶς, μηδὲ τὸ οὖρον ὑπόστασιν ἀγαθὴν ἔχον φαίνοιτο, κίνδυνος χωλὸν γενέσθαι τὸ ἄρθρον, ἢ πολλὰ πρήγματα παρασχεῖν.

Ην δὲ ἀφανίζωνται καὶ παλινδρομέωσιν αἱ ἀποστάσιες, τοῦ πτυέλου μὴ ἐκχωρέοντος, καὶ τοῦ πυρετοῦ ἔχοντος, δεινόν· κίνδυνος γὰρ, μὴ παραφρενήσῃ καὶ ἀποθάνῃ ὁ ἄνθρωπος.

Τῶν δὲ ἐμπύων, τῶν ἀπὸ τῶν περιπλευμονικῶν, οἱ γεραίτεροι μᾶλλον ἀπόλλυνται. ἐκ δὲ τῶν ἄλλων ἐμπυημάτων, οἱ νεώτεροι μᾶλλον ἀποθνήσκουσιν.

Cæterùm abſceſſus ad crura in pulmonis inflammationibus fortibus ac periculoſis omnes quidem vtiles ſunt: optimi verò ſunt, qui dum ſputum iam in mutatione eſt, fiunt: Si enim tumor & dolor fiat, ſputo pro flauo purulento fiente & foras procedente, ita ſecuriſſimè homo ſuperſtes euaſerit, & abſceſſus celerrimè ſedabitur. Si verò ſputum non benè proceſſerit, neque vrina ſubſidentiam bonam habens apparuerit, periculum eſt fore claudum articulum, aut multum moleſtiarum exhibiturum. At ſi euaneſcant & recurrant abſceſſus, ſputo non prodeunte, febréque permanente, horrendum eſt. Periculum enim eſt ne deliret homo & moriatur.

Ex suppuratis à pulmonis inflammatione, seniores magis intereũt: Ex aliis autem suppurationibus iuniores magis moriuntur.

Sententia est Hippocratis de bonis abscessibus, quòd optimi sunt si deorsum & quàm longissimè à morbo absistant, sed potissimùm si cum concoctione fiant: concoctio enim celerem iudicationem ac securam sanitatem significat. Porrò concoctionem indicat screationis mutatio, & item vacuatio innocua atque multa. Sed si citra morbi concoctionem abscessus sit in cruribus, vindicabit quidem & hunc in modum hominem à periculo in peripneumonia imminente, sed articulus ipse in quem decumbet, difficilius sanitati restituetur, ac forsitan aliquando æger claudicabit. Si verò abscessus aboletur, sputo non exeunte, ac febre detinente, difficilis morbus est: Constat enim quòd humores in profundum refluxerint ad partes præcipuas. Nam si discussi essent, non amplius febricitarent, & facilè spuerent. Itaque verisimile est in pulmonem omnem secessisse fluxionem, & ob eam rem delirare eos par est. Inter purulentos autem ex peripneumonia, seniores potius intereunt, quia propter sputionem sanatio viribus eget validioribus. Per alias verò suppurationes, sub ipso suppurationis tempore iuniores ex magnitudine febrium ac doloris, sæpius moriuntur.

Dolores circa lumbos. CAP. XIII.

Αἱ δὲ ξὺν πυρετῷ γινόμεναι ὀδύναι περὶ τὴν ὀσφύν τε καὶ τὰ κάτω χωρία, ἢν τῶν φρενῶν ἅπτωνται, τὰ κάτω ἐκλείπουσαι, ὀλέθριαι κάρτα.

Προσέχειν οὖν δεῖ τὸν νόον τοῖσιν ἄλλοισι σημείοισιν, ὡς ἢν τι καὶ τῶν ἄλλων σημείων ἐπιφαίνηται πονηρὸν, ἀνέλπιστος ὁ ἄνθρωπος.

Οκόσοι δὲ τῶν ἐμπύων καίονται, οἷσιν ἂν καθαρὸν μὲν τὸ πύον ᾖ, καὶ λευκὸν, καὶ μὴ δυσῶδες, σώζονται. οἷσι δὲ ὕφαιμόν τε καὶ βορβορῶδες, ἀπόλλυνται.

Εἰ δὲ ἀναΐσσοντος τοῦ νοσήματος ὡς πρὸς τὰς φρένας, τἄλλα σημεῖα μὴ πονηρὰ ἐπιγένηται, ἔμπυον ἔσεσθαι τοῦτον πολλαὶ ἐλπίδες.

Dolores cum febre fientes circa lumbos & infernas partes, ſi ſeptum tranſuerſum attigerint; infernas partes relinquentes, perniciosi valdè ſunt. Proinde aliis quoque ſignis animũ aduertere oportet. Nam ſi quod etiam ex aliis ſignis malum apparuerit, deſperatus eſt homo. Si verò aſſiliente ad ſeptum tranſuerſum morbo, alia ſigna nõ mala acceſſerint, hunc ſuppuratum fore multa ſpes eſt. Quicunque verò ſuppurati vruntur, quibus quidem purum pus fuerit & album, & non fœtidum, hi ſeruantur: Quibus autem ſubcruentum & cœnoſum, hi pereunt.

Si verò assiliente ad septum transuersum morbo, alia signa nō mala accesserint, hunc suppuratum fore multa spes est.

Vult recurrente in thoracem morbo, è duobus alterum, aut de repente mori ægrotum, aut si ille melius habet, prorsus fore purulentum.

Dolor à vesica. CAP. XIV.

Κύστιες δὲ σκληραί τε καὶ ἐπώδυνοι δειναὶ μὲν παντελῶς καὶ ὀλέθριαι· ὀλεθριώταται δὲ ὁκόσαι ξὺν πυρετῷ συνεχεῖ γίνονται· καὶ γὰρ οἱ ἀπ' αὐτέων τῶν κύστεων πόνοι ἱκανοὶ ἀποκτεῖναι· καὶ αἱ κοιλίαι οὐ διαχωρέουσιν ἐν τουτέῳ τῷ χρόνῳ, εἰ μὴ σκληρόν τι καὶ πρὸς ἀνάγκην.

Λύει δὲ οὖρον πυῶδες οὐρηθὲν, λευκὴν καὶ λείην ἔχον τὴν ὑπόστασιν.

Ἢν δὲ μήτε τοῦ οὔρου μηδὲν ἐνδιδῷ ἀπιόντος, μήτε ἡ κύστις μαλάσσηται, ὅ, τε πυρετὸς ξυνεχὴς ᾖ, ἐν τῇσι πρώτῃσι περιόδοισι τοῦ νοσήματος, ἐλπὶς τὸν ἀλγέοντα ἀπολέσθαι.

Ὁ δὲ τρόπος οὗτος ἅπτεται τῶν παιδίων μάλιστα τῶν ἐπταετέων, ἕως ἂν ἐς τὰ πεντεκαίδεκα ἔτεα ἀφίκωνται.

Porrò vesicæ duræ & dolentes, penitus quidem horrendæ ac perniciosæ sunt: perniciosissimæ verò quæ cum febre continua fiunt. Etenim dolores ab ipsis vesicis ad occiden-

cidendum sufficiunt, & alui non egerunt hoc tempore nisi durum quiddam, & hoc coactè. Si vrina mingitur purulenta, candidum ac læue obtinens sedimentum, solutio morbi: Si verò neque ab vrina quicquàm remiserit dolor, neque vesica molliatur, & febris continua fuerit, in primis circuitibus morbi ægrum moriturum esse timor est. Atque hic modus potissimùm pueros corripit septennes, donec ad quintumdecimum annum peruenerint.

Durities & dolor vesicæ cum febre hoc malum habet, quòd & deiectionem & vrinæ suppressionem inducit. Hæc vesicæ inflammatio si concoquatur, eò decumbent concocti humores, ac pariter cum vrina excernentur, indicia bonæ concoctionis in sedimento habentes: Si verò crudus permaneat affectus, nec dolor leniatur, ex eo vix conualescit æger.

Cæterùm ob intempestiuos cibos, copia humoris crudi in corporibus puerorum colligitur: Is igitur per renes expurgatus quotidie, atque etiam per vrinarios meatus in vesicam collectus, interdum calculos in ea gignit, sæpe etiam inflammationem, cùm ab assiduo eorum humorum transitu vesica magnum malum acceperit.

HIPPOCRATIS PRÆNOTIONVM LIBER TERTIVS.

De febribus. CAP. I.

ΟΙ δὲ πυρετοὶ κρίνονται ἐν τῇσιν αὐτέῃσιν ἡμέρῃσι τὸν ἀριθμὸν, ἐξ ὧν τε περιγίνονται οἱ ἄνθρωποι, καὶ ἐξ ὧν ἀπόλλυνται. οἵ τε γὰρ εὐηθέστατοι τῶν πυρετῶν, καὶ ἐπὶ σημείων ἀσφαλεστάτων βεβῶτες τεταρταῖοι παύονται ἢ πρόσθεν. οἵ τε ἢ κακοηθέστατοι καὶ ἐπὶ σημείων δεινοτάτων γινόμενοι, τεταρταῖοι κτείνουσιν ἢ πρόσθεν. ἡ μὲν οὖν πρώτη ἔφοδος αὐτέων οὕτω τελευτᾷ· ἡ δὲ δευτέρη, ἐς τὴν ἑβδόμην περιάγεται· ἡ δὲ τρίτη, ἐς τὴν ἑνδεκάτην· ἡ δὲ τετάρτη, ἐς τὴν τεσσαρεσκαιδεκάτην· ἡ δὲ πέμπτη, ἐς τὴν ἑπτακαιδεκάτην· ἡ δὲ ἕκτη, ἐς τὴν εἰκοστήν. αὗται μὲν οὖν ἐκ τῶν ὀξυτάτων νοσημάτων διὰ τεσσάρων ἐς τὰς εἴκοσιν, ἐκ προσθέσιος τελευτῶσιν.

Febres iudicantur in iisdem numero diebus, ex quibus & superstites euadunt homines & ex quibus pereunt. Etenim placidissimæ febres, & signis securissimis nitentes, quarto die desinunt, aut prius. Malignissimæ verò & signis horrendissimis affligentes, quarto die aut prius accidunt. Primus igi-

tur

tur ipsarum insultus sic desinit. Secundus autem ad septimum producitur: Tertius ad vndecimum: quartus ad decimumquartum: quintus ad decimumseptimum: sextus ad vigesimum. Hi igitur impetus ex acutissimis morbis per quatuor ad viginti ex additione desinunt.

Nomen iudicationis aut crisis in morbis vsurpatum, à foro translatum est, significans subitam in morbo mutationem, quæ quatuor modis fit: aut enim statim vindicantur à morbis, aut magnam habent in melius mutationem, aut statim moriuntur, aut multo peius habent, Primas duas simpliciter nominãt iudicationes: sequentes duas cum additione, malam verbo iudicationis adijcientes. Porrò dies ijdem sunt decretorij, in quibus hæ iudicationes fiunt ad salutem, & in quibus fiunt ad mortem. Quod significauit cùm ait eosdem dies esse ex quibus supersunt homines, & ex quibus intereunt. Placidissimæ febres igitur & simplicissimæ, quæ securitatis indicia habuerint, non vltra primum quaternarium procedent, sed aut quarto die aut citius desinent. Pari modo malignæ, quæ cum signis exitiosis inuadunt, quarto die aut citius interimunt. Itaque per tres septenarios & sex quaternarios ad vigesimum diem peruenitur, qui & ipse multas & certas crises facit.

Dierum decretoriorum obseruatio.

CAP. II.

Οὐ δύναται δὲ ὅλῃσιν ἡμέρῃσιν οὐδὲν τουτέων ἀριθμέεσθαι ἀτρεκέως, οὐδὲ γὰρ ὁ ἐνιαυτός τε καὶ οἱ μῆνες ὅλῃσιν ἡμέρῃσιν πεφύκασιν ἀριθμέεσθαι. μετὰ δὲ ταῦτα ἐν τῷ αὐτέῳ τρόπῳ κατὰ τὴν αὐτὴν πρόσθεσιν ἡ πρώτη περίοδος τεσσάρων καὶ τριήκονθ' ἡμερέων· ἡ δὲ δευτέρη, τεσσαράκοντα ἡμερέων· ἡ δὲ τρίτη, ἑξήκοντα ἡμερέων. τουτέων δ' ἐν ἀρχῇσιν ἐστὶ χαλεπώτατον διαγινώσκειν τὰ μέλλοντα ἐν πλείστῳ χρόνῳ κρίνεσθαι· ὁμοιόταται γὰρ αἱ ἀρχαί εἰσιν αὐτέων. ἀλλὰ χρὴ ἀπὸ τῆς πρώτης ἡμέρης ἐνθυμέεσθαι, καὶ καθ' ἑκάστην τετράδα προστιθεμένην σκέπτεσθαι. καὶ οὐ λήσεται ὅπη τρέψεται τὸ νόσημα. γίνεται δὲ καὶ ἡ τῶν τεταρταίων κατάστασις ἐκ τοῦ τοιούτου κόσμου. τὰ δὲ ἐν ἐλαχίστῳ χρόνῳ μέλλοντα κρίνεσθαι, εὐπετέστερα γινώσκεσθαι. μέγισται γὰρ τὰ διαφέροντα ἀπ' ἀρχῆς αὐτέων ἐστίν. οἱ μὲν γὰρ περιεσόμενοι, εὔπνοοί τε καὶ ἀνώδυνοί εἰσι, καὶ κοιμῶνται τὰς νύκτας, τά τε ἄλλα σημεῖα ἔχουσιν ἀσφαλέστατα. οἱ δὲ ἀπολλύμενοι, δύσπνοοι γίνονται, ἀλλοφάσσοντες, ἀγρυπνέοντες, τά τε ἄλλα σημεῖα κάκιστα ἔχοντες. ὡς οὖν τουτέων οὕτω γινομένων, ξυμβάλλεσθαι χρὴ κατά τε τὸν χρόνον, κατά τε τὴν πρόσθεσιν ἑκάστην ἐπὶ τὴν κρίσιν ἰόντων τῶν νοσημάτων.

Non potest autem quicquam horum integris diebus exactè numerari, neque enim annus

annus & menses integris diebus numerati possunt. Postea verò eodem modo iuxta eandem additionem Primus circuitus quatuor & triginta dierum est: secundus quadraginta dierum: tertius sexaginta dierum: at in horum principiis difficillimum est cognoscere eos qui in plurimo tempore iudicabuntur, similima enim sunt ipsorum principia. Verùm à primo die animaduersionem facere opportet, & prout singuli quaternarij adduntur, considerare, & non latebit te quò vertetur morbus. Fit autem & quartanarum constitutio ex huiusmodi ordine. Qui porrò morbi in breuissimo tempore iudicabuntur, faciliores cognitu sunt. Maximæ enim differentiæ ab initio ipsius sunt. Qui enim superstites ab ipsis euasuri sunt, facilè spirantes, & doloris exortes sunt, & noctu dormiunt, aliaque signa securissima habent: qui verò morituri, ægrè spirantes sunt, delirantes, vigilantes, aliaque signa pessima habentes. Vt igitur his ita contingentibus coniectare oportet, & iuxta hoc tempus, & iuxta vnamquanque additionem, tendentibus ad iudicationem morbis.

Cùm vigesimus dies ab Hippocrate constituatur inter decretorios, cumq; tres septenarij viginti diebus circunscribãtur, cõstat quòd quaternarius

ſexies repetitus ante vigeſimum non ſit integrorum dierum, ſed pars quædam deeſt, niſi finis vnius quaternarij principium ſit alterius, ac vtrique dies vnus ſit communis. Sic trium ſeptenariorum ad vigeſimum vſque diem inter ſe numeratorum non eadem fuit compoſitio: ſecundus enim à primo ſeiunctus eſt, proinde quarto decimo die finitur: tertius verò ſecundo copulatus eſt, & ob eam rem finitus eſt vigeſimo die: atque ſeptenarij eadem ratio eſt poſt vigeſimum vſq; ad quadrageſimum, ſexageſimũ, ac ita deinceps, adeo vt trigeſimus quartus ſit primus poſt vigeſimũ, qui ſit antecedenti ſeptenario communis & ſequenti, à quo ad quadrageſimũ ſit progreſſus. Quòd etiam annus non numeretur integris diebus ex eo planũ eſt, quòd non trecentis & ſexaginta quinque diebus tantummodò conſtet, ſed etiam quarta parte diei, exceptis duodecim minutis, 38 ſecund. & 37. tertijs. Similiter vnuſquiſq; menſis minor eſt triginta diebus, maior verò nouem & viginti. Porrò cùm ſit iudicatio ad bonum aut ad malum mutatio (conſtat enim quòd ſemper ſit iudicatio vel natura ſuperante morbũ, vel ab eo victa) ſi morbus & natura quaſi pares in conflictu hoſtes pugnent, plus temporis ad alterius victoriam deſideratur, ſi verò magnus ſit exceſſus alterutrius, in promptu victoria eſt ei qui ſuperior eſt. Itaq; natura minimos morbos & qui ſunt cũ ſignis haud-

qua-

quaquam malis, citiſſimè vincit: à maximis autem celerrimè vincitur. Victoria verò per ſingulos quaternarios conſideranda, vtrum in ſalutem ægri vincente ſcilicet natura, an victa ad mortem mutatio fieri debeat: Ex ſignis quæ ſubijcit id animaduertendum. Verùm vt in continuis febribus numeramus dies in prædictionem futuræ iudicationis, ita in intermittẽtibus, acceſſiones, vt quod in continuis febribus dies ſeptimus efficit, id in intermittentibus ſeptima circuitio efficiat. Ob id igitur exquiſita tertiana ſeptem periodis non diebus ſeptem iudicari ſolet. Atque vt quartus dies ſeptimi eſt index, ita quata circuitio ſeptimæ eſt index. Quocirca nunc vnum id intellexiſſe ſufficiet quòd quartanæ febris iudicationes ex numero circuitionum fiant non dierum.

Iudicationes in mulieribus à partu.

CAP. III.

Κατὰ δὲ τὸν αὐτὸν λόγον, καὶ τῇσι γυναιξὶν αἱ κρίσιες ἐκ τῶν τόκων γίνονται.

Iuxta eandem rationem mulieribus quoque iudicationes fiunt ex partu.

Principium numerationis erit non quo die cœperint febricitare, ſed quo pepererint.

Dolor capitis & faucium cum febre.

CAP. IV.

Κεφαλῆς δὲ ὀδύναι ἰσχυραί τε καὶ ξυνεχέες, ξὺν πυρετῷ, ἢν μέν τι τῶν θανατωδέων σημείων

περιγίνοιτο, ὀλέθριον κάρτα.

Εἰ δὲ ἄτερ τῶν τοιούτων σημείων ἡ ὀδύνη ὑπερβάλλοι εἴκοσιν ἡμέρας, ὅ,τε πυρετὸς ἔχοι, ὑποσκέπτεσθαι χρὴ, αἵματος ῥῆξιν διὰ ῥινῶν, ἢ ἄλλην τινὰ ἀπόστασιν ἐς τὰ κάτω χωρία.

Ἐστ' αὖ δὲ καὶ ἡ ὀδύνη ᾖ νεαρὴ προσδέχεσθαι χρὴ ὡσαύτως, αἵματος ῥῆξιν διὰ ῥινῶν, ἢ ἐκπύησιν. ἄλλως τε ἢν ἡ ὀδύνη περὶ τοὺς κροτάφους καὶ τὸ μέτωπον ᾖ.

Μᾶλλον δὲ χρὴ προσδέχεσθαι τοῦ μὲν αἵματος τὴν ῥῆξιν τοῖσι νεωτέροισι πέντε καὶ τριήκοντα ἐτέων· τοῖσι δὲ γεραιτέροισι, τὴν ἐκπύησιν.

Ὠτὸς δὲ ὀξείη ὀδύνη ξὺν πυρετῷ ξυνεχέϊ τε καὶ ἰσχυρῷ, δεινόν· κίνδυνος γὰρ παραφρονῆσαι τὸν ἄνθρωπον, καὶ ἀπολέσθαι. ὡς οὖν τούτου τοῦ τρόπου σφαλεροῦ ἐόντος, ταχέως δεῖ προσέχειν τὸν νόον τοῖσι σημείοισι πᾶσιν, ἀπὸ πρώτης ἡμέρης.

Ἀπόλλυνται δὲ, οἱ μὲν νεώτεροι τῶν ἀνθρώπων, ἑβδομαῖοι καὶ ἔτι θᾶσσον, ὑπὸ τούτου τοῦ νοσήματος· οἱ δὲ γέροντες, πολλῷ βραδύτερον. οἵ τε γὰρ πυρετοὶ καὶ αἱ παραφροσῦναι ἧσσον αὐτέοισιν ἐπιγίνονται, καὶ τὰ ὦτα διὰ τοῦτο φθάνει ἐκπυΐσκεσθαι. ἀλλὰ ταύτῃσι μὲν τῇσιν ἡλικίῃσιν ὑποστροφαὶ τοῦ νοσήματος ἐπιγινόμεναι, ἀποκτείνουσι τοὺς πλείστους· οἱ δὲ νεώτεροι, πρὶν ἐκπυῆσαι τὸ οὖς ἀπόλλυνται.

Ἐπήν γε ῥυῇ πῦον λευκὸν ἐκ τοῦ ὠτὸς, ἐλπὶς τῷ νεωτέρῳ περιγενέσθαι, ἤν γε καὶ ἄλλο τι αὐτέῳ ἐπιγένηται χρηστὸν σημεῖον.

Φάρυγξ

Φάρυγξ δὲ ἑλκουμένη, σὺν πυρετῷ, δεινόν· ἀλλ᾽ ἢν τι καὶ ἄλλο σημεῖον γένηται τῶν προκεκριμένων πονηρῶν εἶναι, προλέγειν ὡς ἐν κινδύνῳ ἐόντος τοῦ ἀνθρώπου.

Capitis dolores fortes & continui cum febre, ſiquidem lethalium ſignorum quid acceſſerit, pernicioſi valde ſunt: ſi verò abſque talib. ſignis dolor viginti dies tranſmiſerit, & febris tenuerit, ſanguinis è naribus eruptionem, aut abſceſſum quendam ad infernas partes expectare oportet: Sed & quandiu dolor recens fuerit, ſimiliter ſanguinis è naribus aut puris eruptionem ſperare conuenit, cum aliàs, tum ſi dolor circa tempora & frontem fuerit. Verùm ſanguinis eruptio magis expectanda eſt iunioribus triginta quinque annis, ſenioribus autem puris eruptio. Aurium dolor acutus cum febre continua ac forti, horrendus eſt: periculum enim eſt deliraturum hominem ac periturum. Proinde cùm hic modus minimè tutus ſit, citò mentem aduertere oportet etiam aliis ſignis, à primo ſtatim die. Pereunt autem iuniores homines ſeptimo die, & adhuc citius, ex hoc morbo: ſenes verò longè tardius. Nam & febres & deliria minus ipſis accidunt: & hac de cauſa aures ante ſuppurantur. Verùm his quidem ætatibus

recidiuæ morbi contingentes plurimos occidunt. At verò iuniores priusquam suppuretur aur s, pereunt: nam si pus album effluxerit ex aure, spes est iuuenem superstitem euasurum esse, si sane & aliud quoddam bonum signum accedat, fauces exulceratæ cum febre horrendæ sunt. Verùm si quod aliud signum accedat ex his quæ antea mala iudicata sunt, in periculo hominem versari prędicendum est.

Capitis dolor continuus cum febre, maximi est ad præcognitionem momenti: nam inde vel sanguinis eruptio futura est in iuuenibus, præsertim quibus multus est sanguis calidus & biliosus, vel suppuratio expectanda, præsertim in senibus quibus non ita sanguis abundat. Aurium etiam dolor acutus, quo afficitur auditorius neruus, cerebro non ex longo interuallo copulatus, difficilis est. Siquidem nonnulli delirant cerebro in consensum adducto, aliqui repentè moriuntur, quoties fluxio committens dolorem in cerebrum irruperit: Cui periculo sunt magis obnoxij iuuenes, ob calidum & biliosum temperamentum. Reliquum dictionis satis perspicuum est.

Angina. CAP. V.

Αἱ δὲ κυνάγχαι, δεινόταται μὲν εἰσὶ καὶ τάχιστα ἀναιρεῦσιν, ὁκόσαι μήτε ἐν τῇ φάρυγγι μηδὲν ἔκδηλον ποιέουσι, μήτε ἐν τῷ αὐχένι· πλεῖστον δὲ πόνον

πόνον παρέχουσι καὶ ὀρθόπνοιαν· αὗται γὰρ καὶ αὐθημερὸν ἀποπνίγουσι, καὶ δευτεραῖαι, καὶ τριταῖαι, καὶ τεταρταῖαι. ὅσαι δὲ τὰ μὲν ἄλλα παραπλησίως πόνον παρέχουσιν, ἐπαίρονται δὲ καὶ ἐρυθήματα ἐν τῇ φάρυγγι ποιέουσιν, ὀλέθριαι μὲν κάρτα, χρονιώτεραι δὲ μᾶλλον τῶν πρόσθεν, ἢν τὸ ἐρύθημα μέγα γίνηται.

Ὁκόσοισι δὲ ξυνεξερευθείη ἡ φάρυγξ καὶ ὁ αὐχὴν, αὗται δὴ χρονιώτεραι· καὶ μάλιστα ἐξ αὐτέων τινὲς περιφεύγουσιν, ἢν ὅ,τε αὐχὴν, καὶ τὸ στῆθος ἐρύθημα ἔχῃ, καὶ μὴ παλινδρομέῃ τὸ ἐρυσίπελας εἴσω.

Ἢν δὲ μήτε ἐν ἡμέρῃσι κρισίμῃσιν ἀφανίζηται τὸ ἐρυσίπελας, μήτε φύματος ξυστραφέντος ἐν τῷ ἔξω χωρίῳ, μήτε πῦον ἀποβήσσῃ, ῥηϊδίως τε καὶ ἀπόνως ἔχειν δοκέῃ. θάνατον σημαίνει, ἢ ὑποστροφὴν τοῦ ἐρυθήματος.

Ἀσφαλέστερον δὲ τὸ οἴδημα καὶ τὸ ἐρύθημα ὡς μάλιστα ἔξω τρέπεσθαι· ἢν δὲ ἐς τὸν πνεύμονα τράπῃ, παράνοιάν τε ποιέει καὶ ἔμπυοι ἐξ αὐτέων τινὲς ὡς τὰ πολλὰ γίνονται.

Anginæ horrendiſſimæ ſunt, & citiſſimè occidunt, quæ neque in faucibus quicquam conſpicuum faciunt, neque in ceruice, verùm plurimum dolorem exhibent, & erecta ceruice ſpirationem inducunt: hæ enim eodem die ſuffocant, ſecundo item ac tertio & quarto. Quæ verò alioqui ſimiliter dolo-

rem exhibent, attolluntur autem, & in faucibus rubores faciunt, perniciosæ quidem valdè sunt, verùm prioribus diuturniores, si robur fuerit magnus. Quibuscunque verò fauces & ceruix simul rubuerint, hæ anginæ magis diuturnæ, & ex his maximè euadunt, si & ceruix & pectus ruborem habuerit, & erysipelas ignis sacri non intrò recurrerit. Si verò neque in diebus iudicatoriis dissipetur erysipelas, neque tuberculum ad externam partem conuertatur, neque pus tussiendo reiiciat, facileque ac sine dolore degere videatur, mortem significat, aut ruboris recidiuam. Securius est autem tumorem & ruborem quàm maximè foras verti: Si verò ad pulmonem vertatur, delirium inducit, & quidam ex ipsis ita affecti suppurantur.

Qui angina laborant, si vehementer strangulantur, ut cogantur erecta ceruice spirare, magno cum dolore vitam exigunt, nullum aut in ceruice aut in faucibus symptoma habentes. Post hos verò sunt ij qui non spirant quidem difficulter, sed dolore admodum vexantur, & pariter tumescit ceruix, & fauces rubicundiores euadunt. Tertio sunt ij de quibus Hippocrates præsenti sermone dicit, qui nec vehementer affliguntur dolore, nec spirant difficulter, & guttur nequaquam afficitur, sed aut in fauces fluxio, aut in ceruicem,

aut in

aut in hæc vtraq; conuersa est. At verò fluxio talis magna ex parte biliosior est, ita vt perspicuè erysipelas aut phlegmonem erysipelatodē committat. Huius materia si diebus decretorijs transmeet in pulmonem, recurrat'q; intrò erysipelas nequaquam digestum in exteriori superficie, non solùm non bonum id est sed malum maximum: propterea quòd ex diei fide firmiorem assumat prauitatem. At si pariter tuberculo foras tendente, ac facilè excreante ægro, deleatur erysipelas aut rubor, tum non moriturum ægrum expectare oportet.

Gurgulio inflammatione laborans.

CAP. VI.

Οἱ δὲ γαργαρεῶνες, ἐπικίνδυνοι καὶ ἀποτέμνεσθαι, καὶ ἀποσχάζεσθαι, ἕως ἂν ἐρυθροί τε ὦσι καὶ μεγάλοι· καὶ γὰρ φλεγμοναὶ ἐπιγίνονται τουτέοισι καὶ αἱμορραγίαι. ἀλλὰ χρὴ τὰ τοιαῦτα τοῖσιν ἄλλοισι μηχανήμασι πειρῆσθαι κατισχναίνειν ἐν τούτῳ τῷ χρόνῳ.

Ὁκόταν δὲ ἀποκριθῇ ἤδη πᾶν, ὃ δὴ σταφυλὴν καλέουσι, καὶ γένηται, τὸ μὲν ἄκρον τοῦ γαργαρεῶνος, μεῖζόν τε καὶ περιφερές· τὸ δὲ ἀνωτέρω λεπτότερον ἐν τούτῳ τῷ καιρῷ, ἀσφαλὲς διαχειρίζειν. ἄμεινον δὲ καὶ τὴν κοιλίην ὑποκενώσαντα χειρουργίῃ χρῆσθαι, ἢν ὅ, τε χρόνος ξυγχωρέῃ, καὶ μὴ ἀποπνίγηται ὁ ἄνθρωπος.

Gurguliones periculosi sunt vt resecentur & scarificentur, quandiu rubicundi fuerint

& magni:nam inflammationes ad hos succedunt & sanguinis eruptiones. Quare tales aliis machinamẽtis attenuare conari oportet hoc tempore. Quum verò totum iam fuerit secretum id quod vuam appellant, & fiat extrema gurgulionis pars maior & rotundã, superior autem tenuior, in hoc tempore tutum est chirurgia rem aggredi. Præstat tamen & aluo subducta, chirurgia hac vti, si liceat per tempus, & æger non stranguletur.

Prognostico theoremati iunctum est præceptum therapeutices, sine quo fieri non potest vt integrè cognoscatur præsagium. Gurgulionem si inflammatione laborantem præcidas aut scarifices, sanguinis fluor & inflammatio comitabitur: sed quoties excretum fuerit id quod vuam appellant, fueritq; pars summa gurgulionis maior & orbiculata, superior verò tenuior, tum adhibere manus tutum est, potissimùm aluo antea abũdè subducta siue sponte, siue etiam prouidentia medicorum.

Signa febrium non determinato loco affecto. CAP. VII.

Ὁκόσοισι δ' ἂν οἱ πυρετοὶ παύωνται, μήτε σημείων γινομένων λυτηρίων, μήτε ἐν ἡμέρῃσι κρισίμῃσιν, ὑποστροφὴν προσδέχεσθαι χρὴ τουτέοισιν. Ὅστις δ' ἂν τῶν πυρετῶν μηκύνῃ περιεστηκῶς διακειμένου τοῦ ἀνθρώπου, μηκέτι ὀδύνης ἐχούσης διὰ φλεγμο-

φλεγμονήν τινα, μήτε διὰ πρόφασιν ἄλλην μηδεμίην ἐμφανέα, τουτέῳ προσδέχεσθαι ἀπόστασιν μετ' οἰδήματός τε καὶ ὀδύνης ἔς τι τῶν ἄρθρων, καὶ οὐχ ἧσσον ἐν τῶν κάτω.

Μᾶλλον δὲ γίνονται καὶ ἐλάσσονι χρόνῳ αἱ τοιαῦται ἀποστάσιες, τοῖσι νεωτέροισι τριήκοντα ἐτέων.

Ὑποσκέπτεσθαι δὲ χρὴ εὐθέως τὰ περὶ τῆς ἀποστάσιος, ἢν εἴκοσιν ἡμέρας ὁ πυρετὸς ἔχων, ὑπερβάλλῃ· τοῖσι δὲ γεραιτέροισιν ἧσσον γίνεται πολυχρονιωτέρου ἐόντος τοῦ πυρετοῦ.

Χρὴ δὲ τὴν μὲν τοιαύτην ἀπόστασιν προσδέχεσθαι συνεχέος ἐόντος τοῦ πυρετοῦ· ἐς δὲ τεταρταῖον καταστήσεσθαι, ἢν διαλείπῃ τε καὶ καταλαμβάνῃ πεπλανημένον τρόπον, καὶ ταῦτα ποιέων τῷ φθινοπώρῳ προσπελάσῃ.

Ὥσπερ δὲ τοῖσι νεωτέροισι τῶν τριήκοντα ἐτέων αἱ ἀποστάσιες γίνονται, οὕτως οἱ τεταρταῖοι μᾶλλον τοῖσι τριήκοντα ἐτέων, καὶ γεραιτέροισι.

Τὰς δὲ ἀποστάσιας εἰδέναι χρή, τοῦ χειμῶνος μᾶλλον γινομένας, χρονιώτερόν τε παυομένας, ἧσσον δὲ παλινδρομεούσας.

Quibus febres cessant, neque signis solutoriis apparentibus, neque in diebus iudicatoriis, his reuersuras esse expectandum est. Quæcunque febris longiorem moram traxerit, homine alioqui ad salutem disposito, ita vt neque dolor teneat ob inflammationem, aut ob aliquam aliam manifestam cau-

ſam, huic abſceſſum expectare oportet cum tumore ac dolore ad aliqué articulum, maximéque inferiorem. Fiunt autem huiuſmodi abſceſſus magis, & in breuiori tempore, his qui iuniores ſunt triginta annis. Expectare verò ſtatim oportet abſceſſum, ſi febris detinens viginti dies tranſmiſerit: Senioribus autem minus fiunt, diuturniore etiam exiſtente febre. At verò huiuſmodi abſceſſum expectare oportet, febre continua exiſtente. Verùm ad quartanam deducetur ſi intermiſerit, & erroneo modo apprehenderit, & ſi hæc faciens ad Autumnum appropinquarit. Quemadmodum autem iunioribus triginta annis abſceſſus fiunt, ita quartanæ magis his qui triginta ſunt annorum, & ſenioribus. Cæterùm hæc noſſe expedit, abſceſſus magis Hyeme fieri, tardiúſque ceſſare & minus recurrere.

Relicti poſt iudicationem imperfectam humores mali, putreſcunt & recidiuam generant. Cùm verò triplex ſit cauſa prorogationis febrium, aut enim prorogantur propter aliquam partem affectam curatu difficilem, aut propter humores cudos craſſos; aut propter aliquod erratum: ſi nec affecta fuerit pars, nec admiſſus ſit error aliquis, reſtat, vt propter humores crudos ac concoctu difficiles prorogetur. Hos igitur aſſolet natura in par-

tem quam

tem quandam ignobiliorem expellere, quoties per excretionem educere nõ potuerit extra corpus. Sæpe enim dictũ est quòd humores calidiores tenuieré, que paratissimi sunt ad excretionem. Crassis verò & crudis aut per abscessum natura medetur, aut per concoctionem, nisi ita frigidi sint, vt nec excretione nec abscessu desistentes, ægrum interimant, aut perquàm longo temporis spacio vix cõcoquantur: facultate enim valida opus est ad hoc, vt humores frigidi ad abscessum conuertantur: vnde fit vt in iunioribus affectus frigidi sæpius citiúsque per abscessum terminentur, quia virtus eorum est quàm senum validior, longiore siquidem tempore opus est, vt per ætatem senilem corpus humore frigido repurgetur. Cæterùm Hyeme frequentius accidunt abscessus ob humorum frigidorum abundantiam. Quòd vero tardius desinant, in causa est humoris natura, atque etiam ambientis aeris frigiditas. Minus autem repetunt Hyeme: repetentibus enim motum quendam inesse necesse est, at frigida pigra sunt ad motum.

Vomitio spontina. CAP. VIII.

Ὅστις δ' ἂν ἐν πυρετῷ μὴ θανατώδει φῇ τὴν κεφαλὴν ἀλγέειν, ἢ καὶ ὀρφνῶδές τι πρὸ τῶν ὀφθαλμῶν φαίνεσθαι, ἢ καρδιωγμὸς τούτῳ προσγένηται, χολώδης ἔμετος πάρεστι. Ἢν δὲ καὶ ῥῖγος προσγένηται, καὶ τὰ κάτω μέρη τοῦ ὑποχονδρίου ψυχρὰ ἔχῃ, καὶ θᾶσσον ἔτι ὁ ἔμετος παρέσται.

Ἢν δέ τι πίῃ ἢ φάγῃ ὑπὸ τοῦτον χρόνον, καὶ τοῦ-
το ταχέως ἐμεῖται.

Τουτέων δὲ οἷσιν ἂν ἄρξηται ὁ πόνος τῇ προτέρῃ
ἡμέρῃ γίνεσθαι, τεταρταῖοι πιέζονται μάλιστα καὶ
πεμπταῖοι, ἐς δὲ τὴν ἑβδόμην ἀπαλλάσσονται.

Οἱ μέντοι πλείονες αὐτῶν, ἄρχονται μὲν πονέεσθαι,
τριταῖοι· χειμάζονται δὲ μάλιστα, πεμπταῖοι· ἀ-
παλλάσσονται δὲ ἐναταῖοι, ἢ ἑνδεκαταῖοι.

Οἳ δ' ἂν ἄρξωνται πεμπταῖοι πονέεσθαι, καὶ τἄλ-
λα κατὰ λόγον αὐτέοισι τῶν προσθεν γίνηται, ἐς τὴν
τεσσαρεσκαιδεκάτην, κρίνεται ἡ νοῦσος. γίνεται δὲ
ταῦτα τοῖσι μὲν ἀνδράσι, καὶ τῇσι γυναιξὶ, ἐν τοῖ-
σι τριταίοισι μάλιστα· τοῖσι δὲ νεωτέροισι, γίνεται
μὲν καὶ ἐν τούτοισι, μᾶλλον δὲ ἐν τοῖσι ξυνεχεστέ-
ροισι πυρετοῖσι, καὶ ἐν τοῖσι γνησίοισι τριταίοισιν.

Οἷσι δ' ἂν τοιουτοτρόπῳ πυρετῷ κεφαλὴν ἀλ-
γέουσιν, ἀντὶ μὲν τοῦ ὀρφνῶδές τι πρὸ τῶν ὀφθαλ-
μῶν φαίνεσθαι, ἀμβλυωσμὸς γίνεται, ἢ μαρμαρυ-
γαὶ προφαίνονται· ἀντὶ δὲ τοῦ καρδιώσσειν, ἐν τῷ
ὑποχονδρίῳ ἐπὶ δεξιὰ ἢ ἐπ' ἀριστερὰ, ξυντείνεταί
τι, μήτε ξὺν ὀδύνῃ, μήτε ξὺν φλεγμονῇ, αἷμα
διὰ τῶν ῥινῶν τούτοισι ῥυῆναι προσδόκιμον ἀντὶ
τοῦ ἐμέτου· μᾶλλον δὲ καὶ ἐνταῦθα τοῖσι νέοισι τοῦ
αἵματος τὴν ῥῆξιν προσδέχεσθαι· τοῖσι δὲ τριηκον-
τα ἔτεσι καὶ γεραιτέροισιν, ἧσσον, ἀλλὰ τοὺς ἐμέ-
τους τούτοις προσδέχεσθαι.

Quicunque verò in febre non lethali di-
xerit ſibi caput dolere, aut etiam præ oculis
obſcu-

obſcurum quiddã apparere, ſi & oſculi ventris morſus huic acceſſerit, ei bilioſus vomitus aderit. At ſi quid biberit aut ederit ſub hoc tempus, valde citò vomet. Porrò quibus horum dolor fieri incœperit primo die, hi quarto magis quàm quinto premuntur, ſeptimo verò liberantur. Plerique tamen ipſorum tertio die dolere incipiunt, vexantur autem maximè quinto, liberantur nono aut vndecimo. Qui verò incœperint quinto die dolere, aliaque iuxta rationem priorum ipſis fiant, his ad decimumquartum morbus iudicatur. Fiunt autem hæc & viris & mulieribus, maximè in tertianis. iunioribus accidunt etiam in illis, verùm magis in continuis febribus, & in ſynceris tertianis. Quibuſcunque verò in huiuſmodi febre caput dolentibus, pro eo quod obſcurum quiddam præ oculis appareat, viſus habetudo contingit, aut ſplendores ob oculos obuerſantur, & pro oſculi ventris morſu, in præcordiorum dextra aut ſiniſtra parte aliquid tenditur, neq; cum dolore, neq; cũ inflãmatione: ſanguinem de naribus his fluxurũ eſſe pro vomitu expectandũ eſt. Magis tamen & hîc in iuuenibus ſanguinis eruptionẽ expectare oportet. His autẽ qui triginta ſunt annorũ, & ſeniores adhuc, minus: Verũ vomitus in his expectari debent.

Vomitionis criticæ signa, febris minimè exitiosa, dolor capitis, atrum aliquid ob oculos obuersans quod à flaua bile exhalatur, hæc enim multùm assata nigrum vaporem ceu fuliginem quãdam mittit ad caput, ei dolorem inferens. Hanc igitur exhalationẽ à cerebro permeantem ad oculos visorius spiritus sentiens (quemadmodum fit in suffusionibus) imagines quasdam tenebricosa concipit. His si accedat etiam morsus oris vẽtriculi cum tremore labri inferioris, biliosus vomitus expectandus est. Quòd si tum algor prehendat hominem, magis etiam vomitio non solùm celerius sed etiam copiosioris bilis sequetur, cùm rigor magna ex parte bilis vomitionem efficiat. Quinetiam si quid bibat aut hæsitet per illud tempus homo adhuc citius euomet, quia vnà cum bile ingesta cibaria in ventriculo vitiantur. Porrò à die quo dolor capitis cœpit, præfinis diem in quo criticè liberari debeat citius vel tardius, secundùm tempus quo incepit dolor, & secundùm rationem dierum decretoriorum, qui morbos acutos non eodem modo cùm sint dissimiles iudicant. Atque vt illa sunt vomitionis biliosæ signa, sic dolor capitis in tali febre, hebetudines oculorum & splendor, tensio in hypochondrio sine dolore & inflammatione, adhæc oculi sponte illacrymantes fluorem sanguinis è naribus, in adolescentibus maximè quibus sanguis exuperat, ostendunt.

Co[...]

Conuulſio puerilis. CAP. IX.

Τοῖσι δὲ παιδίοισι σπασμοὶ γίνονται ἢν ὁ πυρετὸς ὀξὺς ᾖ, καὶ ἡ γαστὴρ μὴ διαχωρέῃ, καὶ ἀγρυπνέωσι, καὶ ἐκπλαγέωσι, καὶ κλαυθμυρίζωσι, καὶ τὸ χρῶμα μεταβάλλωσι, καὶ χλωρὸν, ἢ πέλιον ἢ ἐρυθρὸν ἴσχωσι.

Γίνεται δὲ ταῦτα ἐξ ἑτοιμοτάτου μὲν τοῖσι παιδίοισι τοῖσι νεωτάτοισιν, ἐς τὰ ἑπτὰ ἔτεα· τὰ δὲ πρεσβύτερα τῶν παιδίων καὶ οἱ ἄνδρες οὐκ ἔτι ἐν τοῖσι πυρετοῖσιν ὑπὸ τῶν σπασμῶν ἁλίσκονται, ἢν μή τι τῶν σημείων προσγένηται τῶν ἰσχυροτάτων τε καὶ κακίστων, οἷά περ ἐν τῇσι φρενίτισι γίνεται.

Τοὺς δὲ ἀπολουμένους τε καὶ περιεσομένους τῶν παιδίων τε καὶ τῶν ἄλλων τεκμαίρεσθαι τοῖς ξύμπασι σημείοισιν, ὡς ἐφ' ἑκάστοισιν ἕκαστα διαγέγραπται.

At verò pueris conuulſiones fiunt, ſi febris fuerit acuta, & venter non egeſſerit, & vigilarint, & terreãtur, & eiularint, & colorem mutarint, & viridem ſiue pallidũ, aut liuidũ, aut rubrum contraxerint. Fiunt autem hæc promptiſſimè quidem pueris nuperrimè editis, vſque ad ſeptimum annum. Seniores autem pueri & viri non amplius in febribus corripiuntur conuulſionibus, niſi quid ex ſignis fortiſſimis ac peſſimis acceſſerit, qualia ſanè in phrenitide fieri ſolẽt. Perituros porrò & ſuperſtites futuros, tum pueros tum alios ex omnibus ſignis coniectare oportet, prout ſingula de ſingulis perſcripta ſunt.

Conuulsio pueris promptissimè euenit, potissimùm lactentibus plurimo & intempestiuo alimento vtentibus. Cùm enim tres sint facultates quibus gubernatur corpus, duabus quidem pueri quàm alij fortiores sunt, vna verò debiliores, quæ in neruis est & ob eam rem promptissimè conuelluntur, sed ab hac conuulsione rursus ad habitum naturæ facillimè redeunt. perfectis autem neq; fit neq; desinit facilè conuulsio, propter robur facultatis in neruis: itaq; accidit etiam sine febre conuulsio in forti admodum frigore, & copia humoris crudi crassique, & in inflammatione in neruis ac tendonibus, quoties originem ad consensum agunt. Sed hoc loco de conuulsione docet quæ fit per febrem, quemadmodum initio admonuit se tractare prædictiones in morbis acutis & in aliis qui ex his decidunt. In pueris ergo conuulsiones indicabunt quæ recensuit signa, vigiliæ, terrores, eiulatus, colorum mutationes &c. In adultis autem ea quæ maximè in periculosioribus phreniti-dibus apparent indicia, & potissimum si partes in vultu peruertuntur, aut dentes strident, aut oculi sunt instabiles, aut distorquentur.

Conualituros autem morituròsque pueros & alios ex omnibus signis coniiciemus, in memoria habentes (ne nos augurium nostrum fallat) quòd interdum à multis bonis indiciis vnum malum vehemens vincatur, & econtrariò vnum bonum

maxi-

maximum vincatur à multis malis.

Quòd hæ prædictiones ſint ex ſignis quæ apparent in acutis morbis, & Quòd ſigna omnia expendenda ſint, ne ex vngue leonem æſtimemus. CAP. X.

Ταῦτα δὲ λέγω, περί τε τῶν ὀξέων νοσημάτων, καὶ ὅσα ἐκ τουτέων γίνεται.

Χρὴ δὲ τὸν μέλλοντα ὀρθῶς προγινώσκειν τοὺς περιεσομένους καὶ τοὺς ἀποθανουμένους, ὅσοισί τε ἂν μέλλῃ πλέονας ἡμέρας παραμένειν τὸ νόσημα, καὶ ὅσοισιν ἂν ἐλάσσους, τὰ σημεῖα ἐκμανθάνοντα πάντα δυνάσθαι κρίνειν λογιζόμενον τὰς δυνάμιας αὐτέων πρὸς ἀλλήλας ὥσπερ διαγέγραπται περί τε τῶν ἄλλων, καὶ τῶν οὔρων, καὶ τῶν πτυέλων, ὅταν ὁμοῦ πῦόν τε ἀναβήσσῃ καὶ χολήν.

Χρὴ δὲ καὶ τὰς φορὰς τῶν νοσημάτων αἰεὶ ἐπιδημεόντων, ταχέως ἐνθυμεῖσθαι, τήν τε τῆς ὥρης κατάστασιν.

Atque hæc & de acutis morbis, & de iis qui ex ipſis fiunt, dico. Qui verò rectè prænoſcere volet & ſuperſtites futuros & morituros, & quibus per plures dies, & quibus ad pauciores morbus duraturus eſt, eum ſigna omnia ediſcere & expendere conuenit, ita vt vires ipſorum inter ſe conferendo æſtimet, quemadmodum perſcriptum eſt, & de aliis, & de vrinis, & de ſputis, vbi ſimul & pus & bilem ægrotus tuſſiendo reiecerit.

Quin & impetus morborũ ſemper populariter graſſantiũ, citò animaduertere oportet, & temporis conſtitutionem non ignorare.

Quamuis in his prædictionibus, quadrageſimi diei, atque etiam ſexageſimi, ſuppurationumq́; & aquæ intercutem, necnon febris quartanæ meminerit, propoſitum tamen eius eſt de acutis dicere tantum, & de ijs qui ex acutis decidunt: in quibus omnia (ne uni confidendum eſſe putes) conſideranda ſunt indicia, non ſingulorum modò uires æſtimandæ ſunt, ſed conferri naturam eorum inter ſe oportet, non tantùm ſimilium, verbi gratia, bonorum cum bonis, ac malorum cum malis, ſed etiam bonorum cum malis, ac ediuersò: vt ſufficienter expenſis omnibus, verè de eo quod futurum eſt pronunciemus. Cæterùm indicijs morborum ipſorum proprijs cenſet adijcienda eſſe ea quæ ex aëris conſtitutione ducuntur, quæ in Aphoriſmis breuiter perſtrinxit, ſingulis temporibus ſuperuenientes morbos peculiares, ac cœli diſpoſitionem ſequentes, enumerant.

De ſignis dictum in genere.

CAP. XI.

Εὖ μὲν τε χρὴ εἰδέναι, περὶ τῶν τεκμηρίων, καὶ τῶν ἄλλων σημείων, καὶ μὴ μανθάνειν, ὅτι ἐν παντὶ ἔτει καὶ πάσῃ ὥρῃ, τά τε κακὰ κακὸν σημαίνει, καὶ τὰ χρηστὰ ἀγαθόν· ἐπεὶ καὶ ἐν Λιβύῃ, καὶ ἐν Δήλῳ, καὶ ἐν Σκυθίῃ φαίνεται τὰ προγεγραμμένα ἀληθεύοντα σημεῖα.

Probè id nosse expedit de cõiecturis certis & aliis signis, & non ignorare quòd in omni anno & omni tempore, mala malũ, bona bonum significant. Nam & in Libya, & Delo, ac Scythia, præscripta signa vera cõperiuntur.

Accidentia ex prauis in bona atq; etiã ex bonis in mala mutantur. Signa verò nequaquam verti in contrarium solent, sed magis ac minus aut malum significare aut bonum: non tamen nunc bonum rursus verò malum: aut malum nũc, rursus verò bonum. Nullum enim bonum ad genus decidit malorũ, nec vllum ex his ad genus bonorum, quoties scilicet cum distinctionibus propriis considerantur. Itaq; quæcunq; in vrina docuit esse mala signa, hæc haud vnquam bona euadent: Et vt concoctio celerem iudicationem, securam sanitatem significat, ita cruditas malum abscessum, aut non fore iudicationẽ, aut temporis longitudinem, aut dolorem, aut mortem, aut horum ipsorum recidiuas semper ostendit. Quare signa tũ bona tum etiam mala idem denunciant omni temporis constitutione, si calida, si frigida, si temperata sit: Libyam enim tanquam calidã, Scythiam tanquam frigidam, Delum tanquam temperatã mediamq; inter vtranq; pro exemplo commemorauit.

Quòd sciens & memoria valens rarò fallitur in præsagiis. CAP. XII.

Ἐξ ὧν χρὴ εἰδέναι, ὅτι ἔν τε τοῖσιν αὐτέοισι χωρίοισιν

οὐδὲν δεινὸν, τὰ πολλαπλάσια, αὐτὸ ἐπιτυγχάνειν, ἢν ἐκμαθὼν τις αὐτὰ κρίνειν τε καὶ λογίζεσθαι ὀρθῶς ἐπίσηται.

Sciendũ est minimè difficile esse, in his ipsis regionib. posse aliquẽ pleraq; ex ipsis assequi, si memoria tenẽs ipsa rectè expendere sciat.

Alter altero peritior est in cuiuslibet rei præsensione: Nunquam enim hallucinari supra captum hominis est, sed quàm minimè aberrare solius est est artificis. Quare eius qui vires indiciorum exactè edidicerit, prædictiones erunt irritæ valde paucæ, ratæ verò quàm plurimæ.

Quòd in omnibus morbis acutis fiant ex his signis prædictiones. CAP. XIII.

Ποθέειν δὲ χρὴ οὐδενὸς νοσήματος ὄνομα ὅ, τι μὴ τυγχάνῃ ἐνθάδε γεγραμμένον· πάντα γὰρ ὁκόσα ἐν τοῖσι χρόνοισι τοῖσι προειρημένοισι κρίνεται, γνώσῃ τοῖσιν αὐτέοισι σημείοισιν.

Cæterùm nullius morbi nomen desiderare oportet quòd hîc non est ascriptum: Omnes enim qui in prædictis temporibus iudicantur, ex iisdem signis cognosces.

In hac disputatione quæ instituta est de morbis acutis, & aliis qui ex illis fiunt, omnes complexus est, hos quidem nominatim qui præceptis egebant propriis, alios autem sub signis communibus intelligi voluit.

Prenot. Hippocratis finis.

INSI-

INSIGNIORES ALIQVOT sententiæ selectæ ex libris Aurelij Cornelij Celsi medici inter Latinos eloquentissimi.

EX PRIMO.

1 *Vt alimenta sanis corporibus Agricultura, sic sanitatem ægris Medicina promittit.*

2 *Desidia atq; luxuria, hæc duo prius in Græcia corpora vitiarunt, deinde apud nos afflixerunt.*

3 *Sanus homo, qui & benè valet, & suæ spontis est, nullis obligare se legibus debet, ac neq; medico, neque alipta egere. Hunc oportet varium habere vitæ genus, modo ruri esse, modo in vrbe, sæpiusq; in agro, nauigare, venari, quiescere interdum, sed frequentius se exercere. Siquidem ignauia corpus hebetat, labor firmat, illa maturam senectutem, hic longam adolescentiam reddit.*

4 *Eum rectè curaturum esse dicunt, quem prima origo causæ non fefellerit.*

5 *Alij putant interesse non quid morbum faciat, sed quid tollat.*

6 *Morbos non eloquentia, sed remediis curari.*

7 *Nam ne agricolam quidem, aut gubernatorem disputatione, sed vsu fieri.*

8 *Cuius rei non est certa cognitio, eius opinio certum remedium habere non potest: Verum est quod ipsam curandi rationem nihil plus confert quàm experientia.*

9 *Neque ignorare medicum oportet quæ sit ægri natura: humidum magis, an magis siccum corpus eius sit, validi nerui an infirmi, frequens valetudo an rara, eáque cùm est, vehemens esse soleat an lenis, breuis an longa.*

10 *Interest enim an fatigatio morbum, an sitis, an frigus, an calor an vigilia, an fames fecerit, an cibi viniq; abundantia, an intẽperantia libidinis.*

11 *Cùm par scientia sit, tamen vtiliorem medicum esse scias amicum, quàm extraneum.*

12 *Bis in die cibum capere, potius quàm semel, potest homo, & semper quàm plurimum, dummodo hunc concoquat.*

13 *Concubitus neq; nimis concupiscendus, neq; nimis pertimescendus est: rarus, corpus excitat, frequens soluit. Cùm autem frequens non numero sit, sed natura, ratione ætatis & corporis, scire licet eum non inutilem esse, quem corporis neque languor neque dolor sequitur.*

14 *Cauendum, ne in secunda valetudine aduersa præsidia consumantur.*

15 *Imbecillis stomacho, quo in numero magna pars vrbanorum, omnesq; penè cupidi literarum sunt, obseruatio necessaria est, vt quod corporis vel loci vel studij ratio detrahit, cura restituat. Ex his igitur qui benè concoxit, manè tutò surget: qui parùm, quiescere debet: & si manè surgendi necessitas fuerit, redormire: Qui non concoxit ex toto conquie-*

conquiescere, ac neque labori se, neque exercitationi, neque negotio credere.

16 Scire licet integrum corpus esse, cùm quotidie manè vrina alba, dein ruffa est: illud concoquere, hoc concoxisse significat.

17 Si lucubrandum est, non post cibum facere, sed post concoctionem.

18 Post satietatem nihil agendum.

19 Quem interdiu vel domestica vel ciuilia officia tenuerunt, huic tempus aliquod seruandum curationi corporis est. Prima autem eius curatio exercitatio est, quæ semper antecedere cibum debet: Exercitationis autem modus & finis esse debet sudor, aut certe lassitudo quæ citra fatigationem sit.

20 Nunquam vtilis est nimia satietas. Sæpe inutilis nimia abstinentia. Sæpe si qua intemperantia subest, durior est in potu quàm in esca.

21 Secunda mensa bono stomacho nihil nocet, in imbecillo coacescit.

22 Vbi expletus est aliquis, facilius concoquit: si quicquid assumpsit, potione aqua frigida includit, tum paulisper inuigilat, deinde benè dormit.

23 Cùm quis mutare aliquid volet, paulatim debebit assuescere.

24 Neque ex salubri loco in grauem, neq; ex graui in salubrem transitus satis tutus est.

25 Neque verò ex multa fame nimia satietas, neque ex nimia satietate famis idonea est.

26 Neque ex nimio labore subitum ocium, neq;

ex nimio ocio ſubitus labor ſine noxa eſt.

27 Periclitatur & qui ſemel & qui bis die cibum incontinenter contra conſuetudinem aſſumit.

28 Quod contra conſuetudinem eſt, nocet, ſeu molle ſeu durum eſt.

29 Nimis ocioſa vita vtilis non eſt, quia poteſt incidere laboris neceſſitas.

30 Illud noſſe oportet, quòd ex labore ſudanti frigidæ potio pernicioſiſſima eſt, atque etiam cùm ſudor ſe remiſit, itinere fatigatis inutilis.

31 Vomitus inutilis eſt gracilibus & imbecillum ſtomachum habentibus: Vtilis eſt plenis & bilioſis omnibus, ſi vel nimium ſe replerunt, vel parum cõcoxerunt. Nam ſiue plus eſt quàm quod concoqui poſſit, periclitari ne corrumpatur non oportet: Si verò corruptum eſt, nihil commodius eſt quàm id, qua via primùm expelli poteſt, eijcere.

32 Deiectio autem medicamento petenda eſt, vbi venter ſuppreſſus parum reddit, ex eóque inflammationes, caligines, capitis dolores, aliáque ſuperioris partis mala increſcunt.

33 Sed purgationes quoq; vt interdum neceſſariæ ſunt, ſic vbi frequentes ſunt, periculum afferũt. Aſſueſcit enim nõ ali corpus & ob hoc infirmum erit, cũ omnibus morbis obnoxia maximè infirmitas ſit.

34 Vinum dilutius pueris, meracius ſenibus conuenit.

35 Hyeme plus eſſe cõuenit, minus, ſed meracius, bibere. At Vere paulùm cibo demendum, adiiciendúmque

dúmque potioni, sed dilutius tamen bibendum est. Æstate vt sæpius utendum cibo, sic exiguo est. Per Autumnum propter cœli varietatem periculũ maximum est, itaque neq; sine veste neque sine calciamentis prodire oportet: Cibo verò iam pleniore vti licet, minus, sed meracius bibere.

36 Venus Hyeme non perniciosa, Vere tutissima: neque Æstate verò neque Autumno vtilis est, tolerabilior tamen per Autumnum est. Æstate in totum, si fieri potest, abstinendum.

EX SECVNDO.

1 Saluberrimum Ver est, proximò deinde ab hoc Hyems, periculosior Æstas, Autumnus longè periculosissimus. Ex tempestatibus optimæ æquales sunt siue frigidæ siue calidæ: Pessimæ quæ variant maximè: Quo fit vt Autumnus plurimos opprimat.

2 Saluberrimi sunt sereni dies: meliores pluuij, quàm tantùm nebulosi, optimíq; Hyeme qui omni vento vacant: Æstate, quibus fauonij perflant. Si genus aliud ventorum est salubriores septentrionales quàm subsolani vel austrini sunt.

3 Ventus vbique ferè à mediterraneis regionibus veniens salubris, à mari grauis.

4 Ætas media tutissima est, quæ neque iuuentæ calore, neque senectutis frigore infestatur.

5 Longis morbis senectus, acutis adolescentia magis patet.

6 Corpus autem habilissimum, quadratum est, neq; gracile neq; obesum: Nam longa statura, vt in

iuuenta decora est, sic matura senectute conficitur: Corpus gracile, infirmum: sic obesum, hebes est.

7 Facilè securus est aliquis in iis quæ sæpe sine periculo euasit.

8 Si speciosior & plenior aliquis & coloratior factus est, suspecta habere bona sua debet: quæ quia neq; in eodem habitu subsistere, neq; vltra progredi possunt, ferè retrò quasi ruina quadam reuoluũtur. Peius tamen signum est vbi aliquis contra consuetudinem emarcuit, & decorẽ coloremq; amisit, quoniam in his quæ superãt, est quod morbus demat: in his quæ desunt, non est quod ipsum morbum ferat.

9 Mali morbi testimonium est vehementer & crebro spirare.

10 Vomitus syncera pituita vel bilis periculosus, peiorq; si viridis aut niger est. At mala vrina est in qua subsidunt subrubra aut liuida, deterior in qua quasi fila quædam tenuia atq; alba, pessima ex his si tanquam ex furfuribus factas nubeculas repræsentat: diluta quoque alba vitiosa est, sed in phreneticis maximè. Aluus autem mala ex toto suppressa. Periculosa etiam quæ inter febres fluens, conquiescere hominem in cubili non patitur, vtiq; si quod descendit, est perliquidum, aut albidum, aut pallidum, aut spumans. Item quod excernitur malum est, exiguum, glutinosum, liuidum, biliosum, cruentum: aut peioris odoris quàm ex consuetudine, malum est & syncerũ. Vrina verò rubra & tenuis in magna cruditate esse conuenit: Pessima tamen

puer℥ mortifera, nigra, crassa, mali odoris. Aluus quoque varia & discreta reddens, pestifera est: Sed ægrum in præcipiti iam esse denunciat, quæ liquida, eadémque vel nigra vel pallida, vel pinguis est, vtique si magna fœditas odoris accessit.

11 *Omne auxilium corporis aut demit aliquam materiam aut adiicit, aut euocat aut reprimit, aut refrigerat aut calfacit, aut durat aut mollit.*

12 *Sanguinem incisa vena mitti nouum non est: sed nullum penè morbum esse in quo non mittatur, nouum est.*

13 *In mittēdo sanguine non tam annos medicus numerare, quàm vires ægrotantis æstimare debet.*

14 *Tenuioribus magis sanguis, plenioribus magis caro abundat.*

15 *Satius est anceps experiri auxilium, quàm nullum.*

16 *Si morbi ratio patitur, sanguinis detractioni tempus aptissimum est dies aduersæ valetudinis secundus aut tertius. Sed vt aliquando etiam primo die sanguinem mittere necesse est, sic nunquam vtile post diem quartum est, cùm iam spacio ipso materia & exhausta est & corpus corrumpit, vt detractio imbecillum id facere possit, non possit integrum.*

17 *Quòd si vehemens febris vrget, in ipso impetu eius sanguinem mittere, hominem iugulare est. Expectanda ergo remissio, & ista medicina ferè in biduum diuidēda: Satius enim est primò leuare ægrū, deinde perpurgare, quàm simul omni vi effusa fortasse præcipitare.*

18 Cùm ſit crudo minimè mittendus ſanguis, tamen ne id quidem perpetuum eſt, neque enim ſemper concoctionem res expectat: Nam ſi ex altiore loco decidit aliquis, ſi contuſus eſt, ſi ex aliquo ſubito caſu ſanguinem vomit, quamuis paulò antè ſumpſit cibum, tamen protinus ei materia demēda eſt: idemq; etiam in aliis repentinis caſibus dictū ſit.

19 Mittere autem ſanguinem cùm ſit expeditiſſimum, vſum habenti, tum ignaro difficillimum eſt, iuncta eſt enim vena arteriis, his nerui: Ita ſi neruum ſcalpellus attigit, ſequitur neruorum diſtentio ea quæ crudeliter hominem conſumit: At arteria inciſa neque coit, neque ſaneſcit, interdum etiam vt ſanguis vehementer erumpat efficit.

20 Incidenda ad medium vena eſt, ex qua cùm ſanguis erumpit, colorem habitumq; eius oportet attendere: Nam ſi is craſſus & niger eſt, vitioſus eſt, ideóque vtiliter effunditur: Si rubet & pellucet, integer eſt, eaq; miſſio ſanguinis adeò non prodeſt, vt etiam noceat, protinusq; is ſupprimendus eſt.

21 Semper antè finis faciendus eſt quàm animā deficiat.

22 Vehementi malo niſi æquè vehemens auxilium ſuccurrere non poteſt.

23 Medicamentum non ſemper ægris prodeſt, nocet ſemper ſanis.

24 Initia morborum primùm famē ſitimq; deſiderant; ipſi deinde morbi, moderationem, vt neq; alius quàm expedit, neq; eius ipſius nimiū ſumatur.

Neque

Neq; enim conuenit iuxta mediam protinus satietatem esse. Quòd si sanis corporibus etiam inutile est, vbi aliqua necessitas famem fecit, quantò inutilius est in corpore ægro? Neque vlla res magis adiuuat laborantem, quàm tempestiua abstinentia.

25 Plus alimenti est in carne quàm in vllo alio cibo.

26 Brassica subcruda aluum mouet, bis cocta stringit.

EX TERTIO.

1 Natura repugnante nihil medicina proficit. Magis tamen ignoscendum medico est parum proficienti in acutis morbis quàm in longis. hîc enim breue spacium est, intra quod, si quod non profuit auxilium, æger extinguitur: ibi & mutationi remediorum & deliberationi tempus patet, adeò vt rarò, si inter initia medicus accessit, obsequens æger sine illius vitio pereat.

2 Illud ignorari non oportet, quòd non omnibus ægris eadem auxilia conueniunt.

3 Oportet itaq; vbi aliquid non respondit, non tanti putare authorem quanti ægrum, & experiri aliud atque aliud.

4 In acutis morbis serius æger alēdus est, vt primò dempta materia impetum frangat. In longis maturius, vt sustinere spaciū affecturi mali possit.

5 Multum interest ab initio quis rectè curatus sit, an perperam: quia curatio minus his prodest in quibus assiduè frustra fuit.

6 Omnium optima sunt quies & abstinentia: soláque abstinentia sine vllo periculo medetur.

7 Non dubium est quin vix quisquam, qui non dissimulauit, sed per hæc maturè morbo occurrit, ægrotet.

8 Asclepiades officium esse medici dicit, vt tutò, vt celeriter, vt iucunde curet, id votum est, sed ferè periculosa esse nimium & festinatio, & voluptas solet. Qua verò moderatione vtendum sit vt quantum fieri potest omnia ista contingãt, quæritur qua ratione primis diebus æger continendus sit. Antiqui medicamentis quibusdam datis concoctionem moliebantur, eò quòd cruditatem maximè horrebant. Deinde eam materiã quæ lædere videbatur, ducendo sæpius aluum subtrahebãt. Asclepiades medicamenta sustulit: aluum non toties, sed ferè tamen in omni morbo subduxit. Febre verò ipsa infestante se remedio hoc vti professus est: conuellendas enim vires ægri putauit, luce, vigilia, siti ingenti, sic vt ne os quidẽ primis diebus elui sineret. Quo magis falluntur qui per omnia iucundam eius disciplinam esse contendunt. Is enim vlterioribus quidem diebus cubantis etiam luxuriæ subscripsit, primis verò tortoris vicem exhibuit. Ego autem medicamẽtorum dari potiones & aluum duci non nisi rarò debere concedo. Et id non ideo tamen agendum, vt ægri vires conuellãtur existimo: quoniam ex imbecillitate summum periculum est. Minui ergo tãtùm exuperantem materiam oportet, quæ naturaliter digeri-

digeritur vbi nihil noui accedit. Itaq; abstinendum à cibo primis diebus, in luce habendus æger, nisi infirmus interdiu est, isq; cubare quàm maximo conclaui debet. Quod ad sitim vero somnũq; pertinet, moderandum id est, vt interdiu vigilet, noctu, si fieri potest, conquiescat: ac neq; potet, neq; nimirũ siti crucietur. Os etiam eius elui potest, vbi & siccũ est & ipsi fœtet, quamuis id tempus aptũ potioni non est: Cõmodeq; Erasistratus dixit, sæpe inferiore parte humorem non requirente, os & fauces requirere.

9 Optimum medicamentum est opportunè cibus datus, qui quando primùm dari debeat ambigitur, alijs quintum diem, alijs sextum expectantibus. Asclepiades vbi ægrum triduo per omnia fatigarat, quarto die cibum indulgebat. At Themison non quando cœpisset febris, sed quando desijsset aut certè leuata esset, & ab illo tempore expectato die tertio cibum dabat. Nihil autem horum vtiq; perpetuum est: nam potest primo die dari, potest secundo, potest tertio, potest non nisi quarto aut quinto, potest post vnam accessionem, potest post duas, potest post plures. Refert enim qualis morbus sit, quale corpus, quale cœlum, quæ ætas, quod tempus anni: minimeq; in rebus multum inter se differentibus perpetuum esse præceptum temporis potest.

10 Illud est vnum semper & vbiq; seruandum, vt ægri vires subindè assidens medicus inspiciat, & quandiu supererunt, abstinentia pugnet: Si imbecillitatem vereri cœperit, cibo subueniat. Id enim

eius officium est, vt ægrum neque superuacua materia oneret, neque imbecillitatem fame perdat.

11 Antiquos admodum celebres Pythagorici numeri fefellerunt, cùm hîc medicus non numerare dies debeat, sed ipsas accessiones intueri, & ex his coniectare quando cibus dandus sit.

12 Ab vno medico plures sanari non possunt.

13 Scire oportet optimũ cibo tẽpus esse febre finita.

14 Cùm ægros semper securos agere conueniat, vt corpore tantùm non etiam animo laborent, tum præcipuè vbi cibum sumpserunt: itaq; si qua sunt quæ exasperatura sunt eorum animos, optimum est ea dum ægrotant eorum notitiæ subtrahere.

15 Periti medici est non protinus, vt venit, apprehendere manu brachium, sed primum residere hilari vultu, percontariq; quemadmodum se habeat: & si quis eius metus est, eum probabili sermone lenire: tum deinde eius corpori manum admouere.

16 Medicus neq; in tenebris neq; à capite ægri residere debet, sed illustri loco aduersus eum, vt omnes notas ex vultu quoque cubantis perspiciat.

17 Ponendi sunt ægro varij cibi, sicut Asclepiades præcepit, tum demùm vbi fastidio vrgetur, neq; satis vires sufficiunt, vt paulùm ex singulis degustando famem vitet. At si neq; vis neq; cupiditas deest, nulla varietate solicitandus æger est, ne plus assumat quàm concoquat. Neq; verum est quod ab eo dicitur, facilius cõcoqui varios cibos: eduntur enim facilius, ad concoctionem autem materiæ genus & modus pertinent.

18 Neque inter magnos dolores, neque increſcente morbo tutum eſt ægrum impleri cibo, ſed vbi inclinata iam in melius valitudo eſt.

19 Id quoq; videndum eſt quod quidam ſolum præcipiunt, an aſtrictum corpus ſit, an profluat. Nam ſi aſtrictum eſt, ducenda aluus eſt, mouenda vrina, eliciendus ſudor: contrà ſi profluet, ſudor coërcendus, quies adhibenda erit, tenebris ſomnoq; quandocunq; volet vtēdum, non niſi leui geſtatione corpus agitandum, & pro genere mali ſubueniendū.

20 In febre peſtilente minimè vtile eſt aut fame aut medicamentis vti, aut ducere aluum. Si vires ſinunt, ſanguinem mittere optimum eſt, præcipueq; ſi cum dolore febris eſt.

21 Non facile ſanguinem mittere, non facile ducere aluum, non cruciare vigilia faméve, aut nimia ſiti, non vino curare ſatis conuenit.

22 Cùm verò in ſummo incremento morbus eſt, vtiq; non ante diem quartum magna ſiti antecedente, frigida aqua copioſè præſtanda eſt, vt bibat etiam vltra ſatietatem: & cùm iam venter & præcordia vltra modum repleta ſunt ſatisq; refrigerata, vomere debet. Quidam ne vomitū quidem exigunt, ſed ipſa aqua frigida tantùm ad ſatietatem data pro medicamento vtuntur. Vbi vtrumlibet factum eſt, multa veſte operiēdus eſt & collocandus vt dormiat, fereq; poſt lengā ſitim & vigiliam, poſt multam ſatietatem, poſt infractum calorem, plenus ſomnus venit, per quem ingēs ſudor effunditur: idq;

præsentissimum auxilium est: sed in his tamen in quibus præter ardorem nulli dolores, nullus præcordiorum tumor nihil prohibens vel in thorace, vel in pulmone, vel in faucibus, non vlcus, non defectio, non deiectio, non profluuium alui fuit.

23 Est etiam obseruatio necessaria qua quis in pestilentia vtatur adhuc integer: cùm tamen securus esse non possit: Tum igitur oportet peregrinari, nauigare, gestari, ambulare sub diuo ante æstum leuiter, vitare fatigationem, cruditatem, frigus, calorem, libidinem: multoq́ꝫ magis se continere si qua grauitas in corpore est, tum neqꝫ mane surgendum, neqꝫ pedibus nudis ambulandũ est, non vomẽdum, neqꝫ mouenda aluus, neque etiam si mota est per se comprimenda: abstinendũ potius, itemq́ꝫ vitandum balneum, sudor, meridianus somnus, vtique si cibus antecessit, qui tamen semel die commodius assumitur, insuper etiam modicus, ne cruditatem moueat. Alternis diebus inuicem modò aqua, modò vinum bibendum est. Quibus seruatis, ex reliqua victus consuetudine quàm minimum mutari debet.

24 Sed cùm eadem omnibus conuenire non possunt, ferè quos ratio nõ restituit, temeritas adiuuat.

25 Sæpe etiam pertinacias iuuantis, malum corporis vincit.

26 Quartana febris neminem iugulat, vetus quartana rarò nisi Vere soluitur.

27 Si quartana quieuit diu, meminisse eius diei conuenit, eoq́ꝫ vitare frigus, calorem, cruditatem,

lassitudinem, facilè enim reuertitur nisi à sano quoque aliquandiu timetur.

28 *Est qui fugiens horrorem febrilem antè accessionem vtiliter edat allium, aut bibat aquam calidam cum pipere; siquidem ea quoque assumpta calorem mouent qui horrorem non admittit.*

29 *Ex phreneticis alij hilares, alij tristes sunt, alij facilius continentur & intra verba desipiunt, alij consurgunt & violenter quedā manu faciunt, atq; ex his ipsis alij nihil nisi impetu peccant, alij etiam artes adhibent, summamq; speciem sanitatis in captandis maiorum operum occasionibus praebent, sed exitu deprehenduntur. Ex his autem eos qui intra verba desipiunt, aut leuiter etiam manu peccant, onerare asperioribus coërcitionibus superuacuū est: eos verò qui violentius se gerunt, vincire conuenit, ne vel alteri vel sibi noceant. Neq; credendum est si vinctus aliquis dum leuari vinculis cupit, sanum iam se fingat, quamuis prudenter & miserabiliter loquatur, quoniam is dolus insanientis est. Aduersus omnium sic insanientium animos gerere se pro cuiusque natura necessarium est.*

30 *Asclepiades perinde esse dixit his sanguinem mitti, ac si trucidentur, rationem hanc sequimus, quòd neque insania esset nisi febre intenta, neque sanguis nisi in remissione eius rectè mitteretur.*

31 *Omnibus sic affectis somnus & difficilis & praecipuè necessarius est, sub hoc enim plerique sanescunt. Somnus illis medicamentis accersendus, quae so-*

porifera sunt, habita scilicet eadem moderatione quæ hîc necessaria est, ne quem obdormire volumus, excitare postea non possimus.

32 Neque ignorare oportet leniorem esse morbum cum risu quàm seriò insanientium.

33 Aquæ inter cutem tres species sunt: his communis est humoru nimia abundantia, ob quam ne vlcera quidem in his ægris facilè sanescunt.

34 Facilius in seruis quàm in liberis tollitur hydropisis, quia cùm desideret famē, sitim, mille alia tædia, longamq; patientiam, promptius his succurritur qui facilè coguntur, quàm quibus inutilis libertas est. Sed ne hi quidem qui sub alio sunt, si ex toto sibi temperare non possunt, ad salutem perducuntur. Ideoq; nō ignobilis medicus Chrysippi discipulus apud Antigonū regem amicum quendā eius notæ intemperantiæ, mediocriter eo morbo implicitum, negauit posse sanari. Cumq; alter medicus Epirotes Philippus se sanaturū polliceretur, respondit illum ad morbum ægri respicere, se ad animum. Neque eum res fefellit. Ille enim cùm summa diligentia non medici tantummodo sed regis custodiretur, tamen malagmata sua deuorando, bibendoq; suam vrinam, se præcipitauit.

35 Inter initia non difficillima curatio est, si imperata sunt quies, sitis, inedia. At si malum inueterauit, non sine magna molestia discutitur.

36 Multùm ambulandum, currendum aliquando est, superiores maximè partes sic perfricandæ vt spiri-

ſpiritũ ipſe contineat, euocandus eſt ſudor non exercitatione tantummodò, ſed etiam in arena calida, vel laconico, vel clibano, ſimilibusq; alijs, maximeq; vtiles naturales & ſiccæ ſudationes ſunt, quales ſuper Baias habemus in myrtetis. Balneum atque omnis humor alienus eſt.

37 Potio non vltra danda eſt quàm vt vitam ſuſtineat, optimaq; eſt quæ vrinam mouet.

38 Non alienum erit metiri potionẽ hydropici & vrinam: nam ſi plus humoris excernitur quàm aſſumitur, ita demùm ſecundæ valetudinis ſpes eſt.

39 Qui de phthiſi dubitant an ſit, hac nota vtuntur: Quod excreatum eſt ſi in ignem impoſitum mali odoris eſt.

40 Lac quod in capitis doloribus & in acutis febribus pro veneno eſt, in phthyſi tamen ſicut in omnibus longis difficilibusq; febriculis rectè dari poteſt.

EX QVARTO.

1 Vno die fluere aluũ ſæpe pro valetudine eſt, atq; etiã pluribus, dum febris abſit, & intra ſeptimum diem cõquieſcat: Purgatur enim corpus, & quod intus læſurũ erat, vtiliter effunditur. Verùm ſpatium periculoſum eſt: interdũ enim tormina & febriculas excitat, vireſq; conſumit: interdũ autem euenit vt id neglectum plurib. diebus curari difficillimum ſit.

2 Medicamentis vti niſi in vehementibus malis ſuperuacuum eſt.

3 Podagricis equitare alienum eſt.

4 Quibus articulorum dolor certis temporibus re-

uertitur, hos à curioso victu cauere oportet, ne inutilis materia corpori supersit.

EX QVINTO.

1 Medicamentorum vsum magna ex parte Asclepiades non sine causa sustulit, cùm omnia ferè stomachum lædant, maliq; succi sint: ad ipsius victus rationẽ potius omnem suam curã transtulit. Verùm vt illud in plerisq; morbis vtilius est, sic multa admodũ corporibus nostris incidere consueuerunt, quæ sine medicamentis ad sanitatem peruenire non possunt. Illud ante omnia scire conuenit, quòd omnes medicinæ partes ita innexæ sunt, vt ex toto separari non possint, sed ab eo nomen trahãt à quo plurimũ petũt. Ergo vt illa quæ victu curat, aliquãdo medicamentũ adhibet sic illa quæ præcipuè medicamẽtis pugnat, adhibere etiam rationem victus debet, quæ multũ admodũ in omnibus malis corporis proficit.

2 Vti somniferis nisi nimia necessitas vrget, alienum est: sunt enim ex vehementibus medicamentis & stomacho alienis.

3 Est prudentis hominis primùm eum qui seruari non potest, non attingere, ne videatur occidisse quem sors ipsius peremit. Deinde vbi grauis metus est, sine certa tamen desperatione, indicare necessarijs periclitantis in difficili rem esse, vt si victa ars malo fuerit, vel ignorasse vel fefellisse nõ videatur. Sed vt hæc prudenti viro cõueniunt, sic rursus hystrionis est paruam rem attollere, quò plus præstitisse videatur.

4 Dubia spes certa desperatione est potior.


FINIS.



INDEX
RERVM ET VOCVM HOC
voluminie memorabilium, cuius prior numerus sectionem, posterior aphorismum indicat: p verò præfixum, prænotiones significat, tum prior librum, posterior caput denotat.

Cata-

FINIS.



C — R —

J. C. CDC. J.V.D.